A. I, 50,



John Carter Brown.

Annuae Lit.
Soc. Jesu
MDCLI

1658

Societatis Iesu Solodori Aº 1659.

ANNVÆ LITERÆ SOCIETATIS IESV

ANNI M.DC.LI.

FRANCISCO PICCOLOMINEO
PRÆPOSITO GENERALI
SOCIETATEM GVBERNANTE,
vſque ad 17. Iunij.

Inde

GOSVVINO NICKEL
VICARIO GENERALI.

Acceſſerunt deſiderati à pluribus Indices
Annuarum, iam antè impreſſarum ab Anno 1581. vſque ad 1614.

Cum Facultate Superiorum.

DILINGÆ.

Formis Academicis.

Apud Ignatium Mayer.

ANNO CHRISTI M. DC. LVIII.

JOHN CARTER BROWN

ANNVÆ PROVINCIÆ ROMANÆ M. DC. LI.

I.

HVius Anni geſta per hanc Prouinciam etſi memoratu longè digniſſima ſint, quia tamen in Collegiorum tabulas, pro more aliàs vſitato, ab iis, qui præfuêre, aut relata nõ ſunt, aut amiſſa; & hîc non audita ſolùm, ſed etiam ritè conſcripta, & à Prouincialibus Præpoſitis ad Generalem Societatis vniuerſæ Præpoſitum tranſmiſſa memoriæ annalium commendari decet; præſtat ea ſilentio abſoluere, quàm incertæ auræ captatore calamo conſignare. Anconitanum tamen Perusinúmque Collegium non ſiluit mortem *P. Chriſtophori Ferretti* Peruſiæ obitam ipſo S. Ioſephi die, annis in Societate actis ferè 30. Perquàm maxima illi legum cura, vt ne quid ab earum voce, aut mente alienum admitteret; cum diſcipulis grauiter potiùs quàm comiter, cum ſociis comiter potiùs quàm grauiter, vtrobique ita religiosè agebat, vt Aloyſij, Angelíque cognomentum ferret. In agendo accuratio illi ad omne punctum & amuſſim exacta, inter ſacrificandum, orandum, loquendum, prodeambulandum, pia modeſtia, & hominis totius morúmque perpolitio ſingularis, atque perfrequens oratio, & matura vbique ve-

neratio diſciplinæ. In morbo vt mentem diuinis pro more poſſet applicare, S. Nicolao ſupplex, nec ex vano, accidit pro laxamento dolorum, & mitigationem obtinuit, cætera patientiæ permodeſtæ vir, ſuíque contemptionis in vita, morbóque retinentiſſimus. Veniam erratorum ab omnibus, verbis ad permouendum aptiſſimis, petiuit, & verbis pondus addidit ſuauiſſimâ prolapſione manantium ab oculis lacrymarum. Is qui & puerum olim, & nunc religioſum confitentem audiuit, ait has eius confeſſiones primæ illius ætatis innocentiam præ ſe tuliſſe. Anconæ vt Ioanna eius mater, eiuſdem S. Ioſephi die defuncta ſingularis virtutis laude, ita P. Chriſtophorus eius filius *perfecti Religioſi* præconio eſt honoratus.

2. In Domo Profeſſa Romana 25. Iunij diem extremum habuit *P. Cæſar Caualcantus* in tirocinio ſacris initiatus, & tria vota profeſſus anno 1626. cùm è conſenſione mutuâ hîc Societatem, vxor verò Conſentiæ in Calabria Sanctimonialium Cœnobium iniiſſet. Humilitatem viri, charitatem, ac pro ſacro tribunali aſſiduitatem laudant, qui eum pernouêre, cùm Domûs Miniſtri officio fungeretur.

3. 12. Nouembris ereptus è vita eſt *P. Terentius Alciatus* Domûs Profeſſæ Romanæ Vice (vt vocant) Præpoſitus, notum de meliore ingenij, amabiliſque ſuauitatis notâ ſcholis Theologicis ac Philoſophicis, quas docuit & rexit, Collegio Pœnitentiariæ quod gubernauit, notum item ſacris in-

qui.

quiſitionis Conſultoribus, atque etiam ſacræ Rituum Congregationi, quibus Conſultor fidelis & prudens adfuit, nomen. Plura de illo alibi. Sufficerit nunc dicere, illum pudiciſſimæ verecundiæ, demiſſæ ad infimorum etiam familiaritatem facilitatis ac reuerentiæ, nunquam ſeipsâ contentæ, ac ſemper ſua limatiùs expoliendi auidæ quicquid ageret accurationis, ſolertis perſpicientiæ, religioſæ amicitiæ, linguæ de aliorum famâ nunquam ſiniſtrè meritæ, fuiſſe magnum, conſtans, & publicum documentum.

4. Huius etiam anni funus eſt *Franciſcus Piccolomineus Præp. Generalis*, de quo ne plura, quàm Annuę patiantur, dicamus, hîc epiſtolam attexo, quam de illo ad Prouincias dedit P. Goſwinus Nickel, quem ille iuratus idoneum cenſuit, & Societati reliquit Vicarium Generalem. Epiſtola ergo ſic habet:

Annus propè eſt, ex quo per interualla variis calculi ſymptomatibus vellicari cœpit optimi P. N. Piccolominei valetudo; ſed quo erat animi valore & contemptu dolorum, quouis modo tolerabilium, nunquam ferè intermiſit propterea labores officij. Demum ſub finem Maij proximè exacti, ingraueſcente morbo, & accedentibus vigiliis diuturnis, lecto affigi cœpit 4. Iunij die, ſacro SS. Trinitati, quo poſtremum immolauerat ſacram hoſtiam, & mox ſuperante malo omnem artem Medicorum, qui plures & præſtantiſſimi ex variis nationibus ſunt adhibiti, ad extremum per acutiſſimos dolores, & inuictam patientiam victor animus euolauit

ad coronam die 17. Iunij, anno ætatis 69. initæ religionis 52.

Durante morbo, admiranda prorſus ſunt virtutum documenta, quæ de ſe præbuit, vt planè videatur Dominus ideo quoque illi permiſiſſe hanc infirmitatem euenire, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut aliorum illuſtrium Sanctorum. Enim verò totis ferè 14. diebus, quibus decubuit, ſeu potiùs inſedit ſtrato, propter ſummos cruciatus, quos iacendo (maximè initio) experiebatur; viſus eſt in equuleo perpetuo verſari ob acerbiſſimos dolores ex inflammatione veſicæ, ſtranguriâ, conuulſionum frequentiâ, ſingultuum atrocitate, ſomni fugâ; quibus demum acceſſit diarrhæa, & defectio virium, morte ipsâ moleſtior. In omnibus his tormentis illæſa ſtetit ſemper tranquillitas mentis; nec aliud audire erat ex illius ore, quàm continuas Dei laudes, gratiarum actiones pro pœnis tanquam pro beneficiis, oblationem ſui ad atrociorem adhuc carnificinam, tenerrimos ſenſus pietatis, frequentiſſimos actus mixtos lacrymis, nunc contritionis, nunc amoris, nunc fidei, nunc fiduciæ in diuitiis bonitatis Dei, & his perſimiles. Singulis propè diebus cæleſti pane refici ſe curabat, confeſſionem verò ſæpiùs in die inſtituebat, vt auctior theſauro diuinæ gratiæ è vita migraret. Cupiebat diſſolui frequenter cum Apoſtolo, temperabat tamen idipſum ſemper ex nutu diuinæ voluntatis, ne ſe potiùs aut ſua commoda, quàm Deum purum quærere videretur. Meritò quot dies, tot in morbo numeraueris palmas & coronas: nam vt ait S. Cyprianus, qui manens in pœnis congreditur cum dolore, nec vincitur, quotidie

coronatur. Hinc non nemo ex Medicis appoſitè dixit, conuocari debere omnes ad illum inuiſendum, vt ab illo diſcerent artem bene ſanctéque moriendi in ſummis cruciatibus. Nec prætereundum ſilentio illud, quod ei excidit, dum alloqueretur (vt ſæpe ſolebat) ſuauiſſimè Deum: Tu ſcis Domine, (inquit,) tu ſcis, quanto maiore anima mea ſolatio exiuerim ex Congregatione Generali penultima, quàm ex poſtrema. Nimirum vir ſolidè humilis, ima quoad licuit, appetiit, nec in alto poſitus altum ſapuit. Summa quæq; promittere ſibi poterat Societas, ſi diutiùs clauum tenuiſſet. Erat quippe viuido ingenio, acerrimo iudicio, felice memoriâ, magno animo, eximiâ prudentiâ, rarâ in rebus Societatis experientiâ, quam longo vſu ſibi acquiſiuerat, quartùm Prouincialis per varias Italiæ Prouincias, ſemel Viſitator, & multis annis Secretarius Societatis. His accedebat candor morum fuci expers, innocentia vitæ per omnem ſuam ætatem ſingularis, pietas in Deum, Deiparam, & Cælites tenerrima, cura ſolers diſciplinæ, ſed ſuauitati admixta, ſtudium conſolandi cunctos, ſed intra limites Inſtituti. Paupertatis ſancta cultor, vt in ſe rigidus, ita ne quid laxaretur ab aliis, vigilantiſſimus fuit. Iuſti æquíque amans ac tenax adeò, vt non dubitauerit propiùs à morte dicere: conſcium ſibi non eſſe in tot muneribus, quæ geſſerat, quidquam priuatis affectibus indulſiſſe.

Societatem diligebat tenerrimè tanquam pupillam oculi ſui, eiúſque ſpirituales progreſſus ingenti zelo promouebat, ſed ad amuſſim Conſtitutionum; nec peregrinum quidpiam vllatenus admittens, nec iam ſtabili-

in deſuetudinem per incuriam abire ſinens. Eo die, quo ex ritu Eccleſiæ extremis Sacramentis munitus eſt, rogatus vt bene precaretur vniuerſæ Societati, magno animi ſenſu & prolixè id præſtitit: mox curam eiuſdem ſummoperè commendauit PP. Aſſiſtentibus, nec non PP. Prouincialibus, & his prætereà ſuo nomine gratias ſpeciatim agi iuſſit, ob ſolicitudinem, quam habuerunt ſub ipſo, tuendæ & propagandæ religioſæ diſciplinæ.

Quanti illum fecerint externi, ſatis patuit vel in funere, cui ſponte ſua interfuerunt præter Eminentiſſimum Cardinalem de Lugo, tres Reueuerendiſſimi Generales Ven. Ord. S. Dominici & S. Auguſtini, cùm Eremitarum, tum Reformatorum, complures alij Religioſi, & populi honeſtioris ingens vis. Nec defuerunt quamplurimi, qui certatim ſua roſaria corpori admoueri curauerint, ex opinione, quam hauſerunt de ſanctitate viri. Ipſe Chriſti Vicarius rogatus, vt migraturo benedictionem impertiret, magno ſenſu id præſtitit; ingemiſcens de iacturâ tanti viri, quem à prudentia, pietate, ſinceritate & obedientia erga Sedem Apoſtolicam plurimùm commendabat. &c. Sic ibi.

5. Extincto Societatis vniuerſæ Præpoſito, eiuſdem Secretarius chirographum ita vt erat munitum, quo ille mortalitatis memor, è Conſtitutionum præſcripto Vicarium nominabat, antiquiſſimo Patrum Aſſiſtentium tradidit, qui illud apertum coram PP. Aſſiſtentibus legit, ita vt erat in hæc verba Latinè conſcriptum:

Domi-

Dominus meus, & DEVS meus.

O mi dulciſſime Domine IESV, tibi conſigno dilectam animam meam, & dilectiſſimam Societatem tuam, vtramque mihi oculis, & vitâ cariorem. Animam meam amabiliſſimæ Matri tuæ committo, hoc eſt, ſpei ſalutis meæ; Societatem verò tuam ei commendo, quem Vicarium nomino, & iudico iuratus aptiſſimum P. Goſvvinum Nickel Aſſiſtentem Germaniæ. Romæ 13. Iulij. 1650.

Is qui de vniuersâ vitâ confitentem audiuit, ſic de illo teſtatur: Cùm in fine confeſſionis mentem ad omnia ab illo dicta reflecterem, ſine vllâ hæſitatione vel dubitatione feci hoc iudicium clarum, & certum, quòd Pater Noſter Franciſcus Piccolomini maieſtatem diuinam letali noxâ nunquam per omnem vitam offenderit, neque primam Baptiſmi gratiam perdiderit: & in particulari, quòd illibatum & intactum virginitatis ſuæ lilium in corpore & anima conſeruârit. Et hæc duo affirmo in fide Sacerdotis, ad gloriam DEI, ad diuinæ gratiæ exaltationem, ad Societatis vniuerſæ conſolationem. Hæc, & his plura de illo Confeſſarius; de quibus erit locus alibi plura ſcribendi. Nunc Româ in alias Prouincias, non topographico ſed alphabetico, vt Prouinciæ faciliùs in libro inueniri poſſint, ordine tranſeamus.

ANNVÆ PROVINCIÆ AQVITANIÆ M.DC.LI.

IN Aquitaniæ Prouincia omnes de Societate 343. Sacerdotes 186. vixêre.

§. I.
RELIGIO CATHOLICA promota.

1. MAiores animos è fructu maiore ſumpsêre Burdigalenſis, Palenſis, Lemouicenſis Collegij, ac aliæ miſſiones, quarum, operam ſuam foras circumquaque proferentium, labore ex hæreticis erroribus euoluti paſſim plures, tametſi nonniſi ternos & quadragenos inueniam certo numero adnotatos. Fuit ex horum albo famoſus, infamis exempli documento, apoſtata, qui ab horrendo religioſorum votorum, & Catholicæ fidei naufragio in ſaluo eſt.

2. Illud Rupellenſis Virginis facinus hoc in genere immortaliter memorandum videtur, quo illa eminentiſſimis animis heroina, ſuprà quàm ſexus ille, aut ætas fermè audeat, poſteaquam ſe ab infelicibus hæreticorum errorum pedicis expediram aduertit, ad Canadenſes nauigauit, Catholicam illic operam inſtituendis puellis barbaris poſitura. Et valuit exemplum non ad laudem tantùm in

in alios, verùm etiam ad imitationem, dum vir quidam apud hæreticos perilluſtris, vnà cum ſuſceptâ ſanctâ fide, zelum eiuſdem iſtic propagandæ perſanctè arripuit.

3. Catholicorum noua & antiqua plantaria operam & ſpem adeò non fallunt, vt alant etiam. Eam in rem adnititur propenſo valdè animo Prorex Dux Grammontenſis Par-Franciæ: qui domi nobiſcum ſacris colloquiis & commentationibus vacat; cum fratribus cæleſti menſa accumbit: foris verò totis quibus poteſt viribus nos in reducendis ad Chriſtum errantibus iuuat. Inclytus certè Palenſium Senatus illud habet eximium, quòd cùm in illo ante fundatum à Chriſtianiſſimo Rege Pali Collegium vix duo tréſue reperirentur Catholici Senatores, nunc vix totidem ſuperſint in eodem hæretici.

4. Lemouicæ lætabilis imprimis fuit mutatio dexteræ excelſi in Marchione de Meillars, viro familiæ ac belli gloriâ claro, & in ſui erroris retentione haud parùm obſtinato. Ei lucrando (tanti erat) cælum ipſum adfuiſſe ſpecie quadam miraculi ferunt literæ in hæc verba: Cùm coniugem pari nobilitate, & eximiâ virtute fæminam, ne palàm fidem Catholicam profiteretur, modis omnibus quà blanditiis, quà minis, ad furorem vſque, deterreret, omninò voluit, vt duo miniſtelli, quos eruditiſſimos credebat, eam dedocerent. Annuit illa; modò coram duobus Ieſuitis. In hac multorum dierum diſceptatione, quia miniſtri vel ſuccumbebant,

bant, vel obmuteſcebant, exarſit magis Marchio; cùm ecce ſub sereniſſimæ noctis initium fœda ſubitò tempeſtas in ædes ipſius fulmen excutit; quod poſt editam variis in locis ſtragem, per turrium pinnacula & muros, perfracto tandem ipſius pariete cubiculi, in quo ille Deum tunc orabat, ne ſuam fidem labefactari pateretur, lecti conopæum vſtulat, & hærentia muro gentilitia inſignia Matris hæreticæ (quæ in eam domum prima hæreſim inuexerat) cæteris intactis, momento eradit. Tunc Marchio continuò cœpit à Deo intimis ſenſibus ita commoueri, & animo immutari, vt repentinò errorem dedoctus, internáque luce perfuſus ſe ipſe miraretur, experimentum capiens tam ſubitæ ac inuſitatæ à Spiritu Sancto venientis motionis; cuius beneficio ſentiebat ſe nunc velle, quæ priùs nolebat; & nolle, quæ antea plus vitâ ipsâ æſtimabat. Fulmen quidem à naturalibus cauſis eſſe potuiſſe; at mutationem tantam non niſi ab eo, qui finxit ſingillatim corda hominum. Itaque Deo dat manus; duos Patres iteratò aduocat: à quibus ritè inſtitutus, cum coniuge, quatuor filiis ac tribus filiabus, coram Epiſcopo, qui eò exultans aduolârat, & magnâ Nobilium, populíque multitudine Caluino renuntiauit; viuítque admodùm piè.

§. II.
MISSIONES. EXERCITIA S. Patris.

5. PAli apud eos, qui foris miſſiones exercuêre, tria facilè mortalium millia generali

rali vitæ totius confeſſione ſua peccata accuſauêre; & doctrina Chriſtiana per pagos & rura longè ac latè cantata, meſſe tam lætâ, & auditore in concionibus tam frequenti, vt confluentibus etiam hæreticis, in illo rerum diuinarum æſtu Leſcarienſi Epiſcopo mens vltrò iniecta ſit, rem Deo adeò glorioſam, ac omni ætati tam proſperè vtilem totis viribus conſeruandi.

6. Præter ipſum Proregem Grammontenſem Lemouicæ quinq; viri prorſus eximij ſacris S.P.N. commentationibus ſeſe exercuêre. Fontenaij excultum iiſdem Monaſterium.

§. III.
DE S.P. XAVERIO.

7. BVrdigalæ S. P. Xauerium pia Virgo, chirurgi filia, ſalubriter inuocauit. Nam cùm illam pertinacior humanis remediis febris, dyſenteria, & ſecretum quodpiam vlcus vrgeret, conſulto è Societate quodam votum nuncupauit honori Xauerij, & præſentem Sancti opem actutum ſenſit, quando mox remiſſa morborum vis illam ſenſim adeò deſeruit, vt parens filiam ſuam ſe S. Franciſco Xauerio debere gratus & hilaris fateatur.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ AVSTRIÆ M. DC. LI.

1. VNdeuiginti Collegia, duas Domos, alteram Profeſſorum, tironum alteram, & plura prætereà domicilia continet vaſta hęc, & à mari Adriatico ad vſque Tranſyluaniæ ac Poloniæ fines exporrecta, eóque plurium gentium linguis loquens Auſtriæ Prouincia. In hac hoc anno 1651. ſocij omnes 870. Sacerdotes ex his 365. vixêre, tot nempe, quot annus dies complectitur. Et hi nobis breue de multis excerpendum argumentum ſuggerent annuarum.

§. I.

NOVA COLLEGIA, ET ALIÆ acceſſiones.

2. SOcietati Trenchinij, conceſsâ tandem variorum domi ac foris turbamentorum ſedatione, firmamentum inuenit Deus, poſteaquam variè, ac turbulentè peragitati ſumus. Futuri Collegij Fundator renuntiatus eſt is, qui & hactenus per ſummam animi contentionem authoritate ſuâ & opibus nos texit Georgius Lippai, Archiepiſcopus Strigonienſis, ac Regni Primas, vir Societati per Vngariam immortalibus hæreticorum odiis veteratoriè vexatæ, opportuno æternæ mentis numine

mine atque conſilio datus, qui Cardinalem Parmannum, ac Eſterhaſium Proregem antiquos iſtic Reip. Catholicæ heroës, authoritate, zelo, ac erga Societatem beneficentiâ vnus ipſe referret, dum aliis ſubnaſceretur occaſio.

3. Sopronienſes quoque hoc demum anno Collegij nomen adepti, Georgio Draſchouitio Iaurinenſiũ Epiſcopo, Fundatori ſuo, viro nobilitatis, ingenij, ac ſcientiarum claritudine cum primis componendo, in publica affluentis Regni luce, dolenter ac ſolemniter, dum parentarent, ingenio ac exemplo abundè oſtendêre, verum eſſe id, quod dicitur, quòd ſi ij, qui benè de Societate meriti ſunt, in vita ſibi ipſis eſſent ſuperſtites, viderẽtque quàm piè, quàm gratè, poſthumâ etiam gratiarum actione Fundatorum ſuorum nomina proſequatur Societas, nunquam illos proſeminatæ in tam fœcundum agrum ſementis beneficæ pœniteret.

4. Aliis per Prouinciam liberali donatione, vel teſtamentis legati in ære decies & ſexies mille ſeptingenti quadraginta & octo floreni; præter ea, quæ data ſunt Domui Profeſſorum. Academici Viennæ Collegij fundatio aucta eſt cenſu annuo centum octoginta florenorum. Si omnia vocentur ad calculos, quæ pretio æſtimantur, diuerſis Collegiis diuerſorum liberalitate donata, facilè vigeſies & quater mille ſexcentos florenos excedent: quorum quædam in cenſum annuum deſtinata ſuam obtinent firmitatem.

§. II.

§. II.
REI CATHOLICÆ progreſſiones.

5. EOrum qui damnatâ perfidiâ ad ſinceram caſtámque religionem traducti ſunt, cenſus hoc anno facilè bis mille ſuperat, è variâ colluuie Arij, Lutheri, Caluini, Anabaptiſtarum, Iudæorum, atque Turcarum. Deus Atheo vni perſuaſus. Lubet non præterire ſilentio virum ab ingenio prudentiáque laudatum, quem vigil vbique in ſuos Dei Prouidentia, errorem vt abrumperet, ſic induxit. Cùm in geminis vrbibus auidus & ipſe ſpectator adeſſet exorciſmis, quos Lutheri Miniſtri, Catholicorum Exorciſtarum ſimioli, dæmonibus obſeſſoribus ingenti magniloquentiâ intentabant; cúmque intentatas diras omnes, & imperia, vt vanas ſine viribus iras, dæmonibus non modò formidini non eſſe, verùm etiam ludificationi eſſe cachinnóque videret, ſuſpectare de ſuæ fidei authoritate, ſéque ſolo non ſatis firmo ſtare, ac proinde ſecuriora circumſpectare conſilia, eáque Præconum iſtic Primati cœpit proponere, additis etiam accuratè momentis occurrentium rationũ. Is vbi hominem altiùs angi, & ſapienter ambigere aduertit, author illi fuit, vt quoniam ſupernates è cælo impulſus perſentiſceret, in illis terris ſedem figeret, in quibus videret impunè licere ſentire ac viuere more Catholico. Paruit inexpectato conſilio, & Paſſauium appulſus, maluit à pa-

triâ

triâ quàm à veritate fidei exul agere, æternam patriam extra patriam hæreticam reperturus.

6. Vnaquæpiam imbecillioris mentis & ſexûs, à fratre germano quà verborum lenociniis, quà terriculis minaciter iactatis ad Lutheri partes ſeducta, infelicis transfugij feliciore ſilentio muta pœnas dedit. Etenim cùm ad neſcio quod ſpiritus leuamentum à Miniſtello hæretico, velut ab oraculo ſolatium petitura accederet, repentè vſu linguæ deſtituta, tres omnino hebdomades elinguis, non priùs linguam in verba potuit explicare, quàm inconſultæ ſuæ temeritatis pœnitens, pollicita eſt, ſe ad deſertum Eccleſiæ gremium eueſtigio redituram. Ergo Viennæ ad S. Annæ accurrit, & probè iam loquens conſceleratæ ſuæ leuitatis errore damnato, dolentérque tam culpam quàm culpæ illius pœnam faſſa, cum Eccleſia in gratiam rediit, & vt ſe impiæ fratris importunitati ſubtraheret, ad agnatos ſuos Catholicos, vbi citra periculum viueret, eſt reuerſa.

7. Tyrnauiæ alia non ſine arcano Dei numine, in ipſo vitæ ac mortis veluti horizonte fidem ac vitam inuênit. Huic altiore prouidentiâ immiſſus videtur lethalis morbus, quòd aduerſus fidem Catholicam, pluribus antehac annis in coniuge deſideratam, votis flagrantibus expetitam, & ſi per virum liceret, ſponſione factâ ſuſcipiendam, nunc etiam conuerſo ad Catholicam lucem coniuge, prædurum animum præfractè obſtinaſſet Iam conclamatæ à medico, aderant è Caluini colluuie mi-

niſtelli animæ ſalutem illi prægrandi apparatu verborum promittentes. Eapropter ne ſupremâ quidem quæ illi deſtinabatur nocte reſipiſcentem miſerati omnes, cùm pro deploratâ haberent, vna circùm ſatagentium Matronarum ſub digreſſum ſupremum amicæ morienti vale dictura, felici ſanctiſſimi Spiritus impulſu incitata: Vale, aiebat, vale! En! moreris in perfidiâ, in qua te certò damnatum iri ſcias. Eóque dicto ſe ſe proripuit. Ægra verbis profundè in cor adactis ſaucia, noctem reliquam dolenter attonita, & anxiè deliberabunda exegit. Ergóne, aiebat, nihil mihi iam ſupereſt præter damnationem, eámque certam, & æternam? Exarſit hic in obſtinato hactenus pectore antiquus erga fidem capeſſendam igniculus, & accitâ felici illâ conſultrice, atque vno è Collegio Patre, illa faceſſere iuſſis Caluini rabulis, in lacrymas vbertim effuſa, & Sacramento expiata, móxque ſupremâ etiam Vnctione vncta cùm mortem operiretur, ſenſim reſpirauit in vitam, & iam incolumis viuit atque Catholica; rei famâ longè ac latè diſſeminatâ, & in agro illo tritico zizaniiſque conferto, profuturâ.

8. Lætabilis Reip. Catholicæ Sepuſij quoque hic annus illuxit. Nam Bockaius, Betlemius, & alia feralia & funeſta, cùm Patriæ tum rei Catholicæ nomina, per teterrimam, & ſanguinariam armorum hæreticorum, id eſt, rebellium tempeſtatem, longo ac lato procurſu, graſſaturis & latrociniis omnia permiſcuêre, ad profligandam & ſtirpi-

tus

tus extirpandam fidem Catholicam totâ omnium armorum contentione intenti. Ab eo tempore ſe Catholicos pauci ac timidè fatebantur; & Sacramenta Catholica morientibus, mortuis verò commune cum ciuibus conditorium, & exequiales auito Catholicorum ritu cæremoniæ negabantur. Quæ tyrannis facilè iis etiam timorem incuſſit, qui Catholicis nati maioribus acceptam ab iis fidem ægrè ſe tueri poſſe videbant; ideóque torrenti tanto impares, diſceſſionem à fide aut iam fecerant; aut nefariè deſignabant. Tanto ergo támque perniciali & adulto iam malo, adnitente Noſtrorum iſtic hiſce annis pedem figere incipientium ſtudio, vt remedium afferretur, apud Eccleſiaſticum ac Ciuilem magiſtratum eſt impetratum. vt citra notam vel iacturam liceat cuiuis publicè Catholicis Sacramentis ſano, & ægro vti, & exequiis more ac ritu Catholico celebratis honorari. Hinc illa hæreticorum quiritatio, & voces: Ecquid demum futurum nobiſcum eſt, ſi Papatus hoc modo indies inualeſcat?

9. Sed & in ignauam in fide capeſſendâ comperendinationem, vindex Numen in Trenchinienſium Ciuium Præfecto luculenter animaduertit. Is cùm ſæpe ſæpiùs conſuetudine Noſtrorum de fide multa didiciſſet, ſpémque quam de ſe non obſcurè dabat, procraſtinaret, poſt veteratorias dæmonis illuſiones, & nocturna quibus exercebatur ludibria, vno vini ad cœnam hauſtu, illuſam & cunctabundam animam ſepeliuit in morte.

10. Etiam è ſuperioris Vngariæ illuſtriore nobilitate nonnemo, cùm noſtris affirmatè, datâ pro more, manu promitteret, ſe ad eum, quem temeritate turpiſſimâ deſeruerat Eccleſiæ complexum propediem rediturum, inter prolatandum, à Turcis in itinere interceptus, deſertionis & procraſtinationis pœnam capite luit.

11. Semnitij quoque deſertæ fidei pœnas dedit nonnemo. Is è frequenti cum Caluiniſtis conſuetudine, morum primùm, deinde & ſectæ afflatus peſtilentiâ, in nuptiis epileptico malo correptus eſt. Carolini à Noſtris de ſcelere quod pœnæ huius origo eſſet commonitus, maluit molliora ſuorum conſilia ferox animi iuuenis. Spoponderat Miniſtellus effecturum ſe cum ſuis, vt is cum nouâ ſectâ incolumitatem quoque plenam reciperet. Indictæ ſunt pro concione preces pro ſalute ſceleſti Neophyti. cúmque morbus illum non adeò vrgere videretur; hîc enimuerò iactanter ore magno eſt à Sectariis triumphatum. At breui patuit miraculi fides, cùm ille familiari ſuo malo ex equo humi deiectus, eâ quæ ſequebatur nocte plus quàm 30. ſymptomatibus eſt concuſſus. Sed huius iacturam tres Turcæ, quorum vnus fortunæ lautioris, abundè impleuêre, vltrò ad Chriſtiana ſacra tranſgreſſi.

12. Nec illa diſſimulanter tacenda ſunt, quæ ad religionis & caſtiſſimarum eius cæremoniarum ſanctitatem ſpectant, & cum fide idoneorum teſtium à Noſtris narrata ſunt, Anno ſuperiore in

Sueciam

Sueciam reduces nonnulli milites,vaſa ſacra, nempe ſpolia Pragenſis expilationis , Hamburgi duobus aurifabris vendiderant. Fabrorum alter dum aurum ſeparat ab argento , ac ſociis tradit argentum ducendum in laminas, repentè labori intentos incertum quis horror inuaſit, adeò , vt operis inchoati pertæſos à magiſtro oportuerit animari. Ergo dum morem gerunt, ac timidi redeunt ad incudem,aduertunt argenti laminam ſub malleo ſanguineo ſudore perfuſam. Hîc attoniti circumſpectare, num ſanguis ille de manibus naribúſue cuiuſpiam fortè fluxiſſet : cúmque nil tale appareret, abſtitêre attoniti,ac dicentes, ſupra humanæ ſortis metas auguſtum quidpiam Pontificiis ineſſe calicibus. nolle ſe operi tanti horroris ac periculi pleno ſuam operam commodare. Hæc dum ſollicitè aguntur, adfuit & alter ille aurifaber , ſocius emptionis : & liberali ſacrilegóque cachinno ſarcaſmum iaciens, aiebat ſe haſce dæmonum ac Papiſtarum artes arte ſuâ profligaturum. Vix domi ſuæ coram iiſdem ad ſe pertractis operi manum & malleos fabri alij admouêre , cùm primos inter ictus argentum, vti antea , ſanguineis manare guttis vident, ac magiſtro videndum oſtendunt, altero eorum dicente : Profectò veræ fidei teſtem ſanguinem Papiſticis ineſſe calicibus. Exarſit ad hæc animo Magiſter , & coniecto in flammas argento experimentum capere voluit iratus. Verùm arcana quæpiam vis è foco non ſine fragore exiliens , audaciter contumacitérque obſtinatum , validè vici-

no muro alliſit, omni auro illo atque argento lucentis inſtar flammæ per caminum in auram ſubuolante, nullâ ſuî parte relictâ præter ampullam vnam, quam faber ipſe noſtris Patribus ſexto ferè pòſt menſe ſeu dedit, ſeu reddidit; & ægrè ipſe ab eo colliſu & quaſſu conualeſcens, perſanctè conteſtatus eſt rem ita, vt ille dicebat, & nos narrauimus, ſe habere: ſibi verò à ciuico Magiſtratu, miniſtris verbi magnoperè anxiéque adnitentibus, exilio & confiſcatione minaciter intentatâ mandatum eſſe, vt prodigium ſilentio pertinaci contegeret. & ſe quidem hoc Dei monitu vim agnoſcere veritatis, eíque manus volentes daturum, ſed præſenti rerum ſtatu, & ab ea quam cum coniuge liberíſque haberet neceſſitudine prohiberi.

13. Schurzenſis Viennenſium tironum Reſidentia in magna meſſe hoc etiam à Deo dato ſigno adiuta eſt. Inter præfractas fœminarum veritati obſtinatè obluctantium ceruices fuit vna, quæ ſacroſanctum Crucis ſignum paſſim habebat contemptui. Hæc partu mirabili monſtrum edidit, ſed cruce perquàm eleganti adeò luculentè inſignitum, vt concinna magis crux à nulla ſculptoris aut pictoris manu debeat expectari. Atque in hoc ſigno vicit & matrem hactenus contumacem, & omnem circùm vicinitatem Deus, illis ad ſaniora conuerſis.

14. Tyrnauienſes Patres dum expeditione vſquequaque inſtitutà alios in veritate confirmant, alios ab errore abducunt, ad locum venêre, vbi

puel-

puella decennis graui eáque propè continuâ per ſex hebdomadas epilepſiæ vexatione mœſtam tenebat, & attonitam domum in luctu ac metu. Tentata necquicquam humana omnia cùm nil proficerent, ad diuina reditum eſt. Inſtitutæ ſupplicationes,& ſacrificia plura oblata à pluribus, verùm nullo adhuc ægræ leuamento; donec Noſtrorum interuentu per ſacroſancta Sacrificia morbi vis primùm repreſſa, deinde omnino ſublata eſt, magnâ omnium lætitiâ, & erga Societatem grati atque gratulabundi animi ſignificatione.

15. In Tranſyluania meſſis propemodum infinita: & operæ paucæ, quódque maiore lamentatione dignum eſt, Sacerdotes magna ex parte ſacrilegis matrimoniis contaminati, errore iam propagato, id licere. Sed conſcelerati erroris damnatus eſt eorum vnus, qui dum aquâ ritè benedicendâ diſtineretur, aqua illa mox bullire viſa eſt, feruentis inſtar ac turbidæ; cùm tamen altera, quam Sacerdos caſtus luſtrauerat conſueto item ritu Eccleſiæ, puriſſimâ limpitudine clara luceret.

§. III.

MISSIONES.

16. SVſceptas nouas animarum Chriſto aſſerendarum causâ expeditiones felici exitu prouexit Deus. Eſt qui germanum ſuum, & ſororem Eccleſiæ gremio lætos lætus addixit, & illis & aliis pluribus ſalutari peregrinatione Hamburgum

gum vſque ad Saxones inſtitutâ. Eâ occaſione, pérque familiarem noſtrorum cum Suecicæ militiæ primipilis conſuetudinem, inſtituta inter Societatem ac hæreticos miniſtellos comparatione, aiebant illi ſuos eſſe homines rudes, ignauiæ ac vitiorum plenos, qui ſexcentis mendaciis Catholicorum, Ieſuitarum potiſſimùm, famam pro concione apud credulas aures proſcinderent; cùm tamen ipſi dicerent ſe vidiſſe, vbi vbi fuiſſent, Ieſuitas eſſe viros charitate ſcientiáque lectiſſimos, morum gratiâ mirè amabiles; adeóque conſtantes, vt vitę prodigi, medios inter enſes, ad gregarij cuiuſuis militis, aut lixabundi calonis opē, vbi fortè ſaucius conciderit, promptè procumberent, vulnera obligarent, morbo quouis adeóque peſte correptos inuiſerent, eáque agerent, quæ à ſuorum nemine vllâ prece vel pretio extorqueres. In gloria literarum autem tantos eſſe præ Miniſtellis, vt ne omnes quidem in vnum conflati cum Ieſuita vnico ſint conferendi, velut nani cum gigante immenſo. Alius aiebat, ſibi extremâ cum fame luctanti à nemine ſtipem niſi à Ieſuita procuratam. Vidiſſe item ſe Ieſuitam apud Cæſareos tribunos ſolicitè annonam, & omnia vitæ ſubſidia in captiuorum ac ægrorum leuamentum corrogaſſe ſuppliciter, inſtar mendici; vidiſſe item quomodo egeſtate ſqualidi, ac morbo languidi ægri vtilitatibus ac obſequiis ſe ſe impenderit, cibóſque ipſe parârit vt cocus, ipſe ori infirmi vt mater ingeſſerit. Atque hæc in Imperio, in Bohemia, ſed Viennæ potiſſimùm: vbi

cùm

cùm capti tenerentur, tanta ſe aiebant candidiſſimæ ac liberaliſſimæ vrbanitatis apud Ieſuitas experimenta cepiſſe, vt deſiderauerint iſtic adeſſe ſuorum miniſtrorum quempiam, qui charitatis legem in Ieſuitarum pectoribus ac viuis documentis videre diſceret, meliùs quàm in Bibliis legere didiciſſet. Is cui arcana coronæ Sueciæ commiſſa erant Reginæ à ſecretis, vir prudens, ac non indoctus, in nobili lectiſſimorum viginti Procerum coronâ aſſeuerare non dubitauit, Auſtriacam familiam in Regnis ſuis, atq; Prouinciis (id quod quidem non citra ſenſum ruboris, atque modeſtiæ intellexêre Noſtri) præſtantius nihil habere Societate IESV atque vtilius: vtpote quorum operâ Cæſar poſſit ſubiectos ſibi populos fideli ad nutum obſequio moderari, & pro arbitrio vſquequaque verſare in omnem partem facillimos: Ieſuitarum ſtudio pietatis, cultus diuini, ac fidelitatis curam creſcere, ac foueri. Cætera miſſionum hîc paſſim locis propriis referuntur.

§. IV.

QVÆDAM DE FRVCTV SACRAMENTI Pœnitentiæ ſelecta.

17. GEneralis Confeſſionis vſus ita increbuit, vt vel eo, quo Romana indulgentia Iubilei nomine perdurauit interuallo, Lincij centum, Crembſij 158. Varaſdini ducentæ, Paſſauij trecentæ, Labaci ſupra mille, Græcij ſupra mille

quadringentas ſint auditæ. Aliorum ſi cùm in hoc tum in aliis adnumerandis conſtaret cura, fructus exempli futuram ſolicitaret induſtriam. Ibi odia, venena, ferrum, amores, deſperatio, ſuperſtitiones, & alia id genus, incredibili cum progreſſu pietatis depoſita. Non pauci etiam à peſſimo ſpiritu, quædam ab immundo incubo tentatore ſeruatæ. Trenchinij plebeium hominem dæmon humana in larua iam illiciis quibuſdam ad rapax & prægrande flumen adduxerat, ſine dubitatione mergendum, niſi ſalutari Crucis ſigno fugatus abſtitiſſet. Is poſtea apud Noſtros expiatus, & contra id genus turbamenta cautè munitus eſt.

18. Alio in loco Catecheſis confeſſioni ſinceræ, hæc liquidæ in cōſcientia tranquillitati viam aperuit. Fæminam fidelem hactenus, quia tamen marito de falsâ thori fide ſuſpectam, & irâ muliebri immodicè percitam, inſana mentis intemperies eò adegerat, vt ſuſpicionis vmbram vanam eſſe neſineret, verùm illam adulterio affirmaret, ac ſuſceptam inde prolem interimeret, atque hæc ſcelera perpetuis in pœnitentiæ ac ſacræ ſynaxeos ſacramento ſacrilegiis per ipſos duodeuiginti annos impiè cumularet; dum Noſtrum in Catechetica inſtitutione de ſacrilegij ſupppliciis diſſerentem, & exemplis dicta firmantem animo conſternato, & poſtea non niſi per fidelem Sacramenti vſum conſerenato audiuit.

19 Styræ par coniugum in alto concubiæ noctis ſilentio vocem vtrumque ad confeſſionem

iden-

dentidem adhortantis audiuit. Vterque ſalutari horrore, tum de peccatis dolore tactus, meliores à Sacramento, quàm hactenus vixerant, rediêre.

20. Non ita obſequens fuit ad cæleſtem ductum is, quem cùm bonus genius ad meliorem frugem fuiſſet adhortatus, & luenda inter inferos ſupplicia oſtendiſſet, quæ illum manerent, niſi ad mentem conſcientiámque rediret, hæſit obſtinatus in luto, nempe qui iam in profundum venerat vſque ad contemptum. Ergo Angelus vt vel ſocio ſuo prodeſſet admonuit, atque vt ſocius ille quatuor neſcio quæ peccata expiaret hortatus eſt. Paruit monenti de ſocio, & qui ſibi boni conſilij author eſſe nolebat, ſalutare ſocio conſilium dedit, bonus alij, ſibi nequam.

§. V.

QVÆDAM DE ALIIS Sacramentis.

21. IN Vngaria illud nouum planè ac inſolens, quod plurium teſtium conſcientiâ comprobatum, Tyrnauiæ fama vulgauit. Infans quatuor nec amplius horas natus, cùm ſacro admotus fonti luſtraretur, perſpicuâ non minùs quàm elatâ voce ter identidem *Deo gratias* ingeminauit. Sed illud magis exploratum, & noſtrum, quòd ſacræ Angelorum menſæ accumbentium vis tanta fuerit, vt Græcij tantùm, octoginta nouem millia ſacrarum hoſtiarum ad aras noſtras

ex-

expenſa ſint. Vnguarino accerſitus Noſter ad ru
ſticum vi morbi ad extrema deductum, illum à ſa
cris morientium Sacramentis mox è ſtrato ſurgen
tem, & haud multò pòſt valentem vidit; cùm an
tea nec pedibus inſiſtere, imò ne quidem linguan
ſatis in verba expedire potuerit.

22. Sanctiſſimi demum Sacramenti gloria in
ter hæreticos Trenchinij cordatis Eccleſiaſtico
rum ac Secularium Procerum ſtudiis aucta ſolenn
circumactu emicuit, quando eius pompa per ipſun
Archiepiſcopum Strigonienſem, ac Nitrienſem, qu
& Regni Cancellarius eſt, ac Varadienſem, mini
ſtrantibus Præpoſitis atque Abbatibus, celebrati
certo locorum interiectu ſtationibus circumlata
magnum inter hæreticos fremitum, dulciſſimum
inter Catholicos voluptatis liquidiſſimæ ſenſum
excitauit; ſtipante tamen pompæ latus lectâ mili-
tum manu, ſecuritati ſimul ac celebritati exaugen-
dæ accitâ.

23. Schemnicij ſacrum Baptiſma perperàm
adminiſtrari ab hæreticis ſolitum, quanto hacte-
nus animarum damno neglectum fuit, tanto dein-
ceps emolumento eſt emendatum. Nam cùm ob-
ſtetrices Lutheranæ aquam nullam adhiberent,
error grauiſſimus totâ Noſtrorum contrà palàm
ac priuatim vrgentium contentione ſublatus, eò
etiam rationum & authoritatis momentis adactâ
miniſtellorum ignorantiâ, & inconſiderantiâ, vt
perſpectâ rei tantæ grauitate palàm iuberent, nec
Patrinos multiplicandos eſſe, & aquam ſemper ac

ne-

ıeceſſariò adhibendam. id quod ingenti operæ
ructu iam demum, vt nunquam excidat, eſt cura-
um, aduertentibus prudentioribus, quàm ſæpè a-
ıud hæreticos parùm ſecuri ſint etiam in Baptiſ-
no, quòd illi non rarò neceſſaria vel non æſtiment,
rel ignorent.

§. VI.
BEATISSIMA VIRGO Deipara.

24. SIcut amantiſſimè fidelis fuit ſemper er-
ga ſinceros auguſtæ ſuæ Matris cultores
Deus; ita ſæpè in conſceleratam intemperantis lin-
guæ impietatem cæleſti illi Virgini oblatrantem
præſentaneus eſt vindex. Ibat quidam è Lutheri
ſchola Præco Poſonium, vt iſtic inter ſuæ farinæ
Rabbinos cenſeretur. Cùm verò vnà cum quopiam
Catholico quidem illo, ſed profligati animi & lin-
guæ homine eodem nauigio veheretur, Catholi-
cus enormi quapiam intemperie furenter agitatus,
ın diuinam æterni Dei Matrem ore blaſphemo tam
atrocia vomuit, vt hæreticis quoque horrore at-
tonitis ſtomachum permoueret. Hæc peſtiferè ia-
ctantem diuina vis occupauit. Etenim tametſi nul-
lâ cæli intempeſtate tranquillitas pacatè fluentis
alüei turbaretur, tamen illa linguæ ſacrilegæ in-
tempeſtas nauis compages repentè diſſoluit, & a-
liis qui ferè 40. fuêre facilè ſeruatis, vnum blaſphe-
mum aquis, atque vtinam non in æternis ignibus
hau-

hauſtum ſepeliuit , luculento vel ipſius hæretic
conſcientiâ, irati Numinis documento. Hæſit ad
hæc irrequietis cogitationibus agitatus Præco, at-
que in diro illo naufragio , Dei ductu portum in-
uênit Nam Paſſauium ad Noſtros delatus illam
demum fidem eſt amplexus, quæ charam adeò Deo
Virginem auguſtè colendam docet luculentis pœ-
narum ac præmiorum exemplis. Adeò bonus Deus
dum huic iraſcitur , ipſa iræ arma , in miſericor-
diæ alij exhibendæ inſtrumenta conuertit.

25. Certè Sepuſij vnus ac idem naſcentis
mundo Dei Matris dies tam iræ quàm indulgentiæ
theatrum fuit. Exemplum eſt in puellâ comitiali
morbo deſperanter afflictâ ; quam cùm parentes
hæretici diuinæ parentis natali die ad Noſtros ad-
duxiſſent, fuſis ad Deum ac Dei Matrem precibus,
& aſperſione aquæ luſtralis, liberam omnino & in-
columem gratè ac hilarè recepêre, matre puellæ in
altari noſtro cereos accendente, ac palàm ingemi-
nante, ſe non apud ſuæ ſectæ homines, verùm apud
Catholicos id beneficij reperiſſe. Eodem die fæmi-
nam, neglectâ diei ſanctitate, rus profectionem la-
borum gratiâ adornantem, repentina mors adorta
domi attinuit, & manifeſtò compertum vltionis
cæleſtis exemplum Catholicis Hæreticiſque oſten-
dit.

26. Crembſij deuotum Virgini, eóque nobi-
le par, præſenti Virginis ope à naufragio ſeruatum
eſt. Maiore naufragij periculo defuncti ſunt , eâ-
dem Virgine auſpice, illi quos lubrica conſuetudo
quo-

quoties ad libidinem prouocabat, toties profliga-
bat, vincendi ſpe omni penitus iam deiectos, ideó-
que vt ſe voraginoſæ illi paludi citra Dei curam
aut metum dederent, iam vicinos. His demum
perſuaſum, vt voto ritè concepto, amabilis Chriſti
Infantiæ honori ſemel quotidie Orationem Domi-
nicam, ſemel item Angelicam perattentè recita-
rent; ac tantundem precum Immaculatæ DEI Ma-
tris Conceptioni adiicerent. Illi haud cunctanter
conſilio obſecuti, grauiter quidem ſe à tentatore
identidem, ſed ſemper citra victoriam, percelli ſunt
paſſi, nempe triumphi authore IESV paruulo &
MARIA.

27. Sopronij fulmine cælo lapſo coortum in-
cendium vicinas Collegij ædes periculo propè in-
uoluerat; quibus vt impigrâ tempeſtiuitate ſuc-
curreret ſcholaſtica iuuentus, certatim & frequens
aduolauit. Atque inter hos MARIAnus quoque
Sodalis, cuius malè affecto brachio incumbens do-
lor ab illo ſeu periculo ſeu iuuandi ardore illum
haud immeritò arcere debuerat. Hic tamen dum
toto impetu inuolat, & diuinæ Matris imaginem,
veluti cæleſte Palladium flammis molitur eripere,
acriorem ſolito brachij dolorem ſentit impensè
augeri: verùm ille; Tametſi rumpatur, inquit,
cum brachio totus homo, ſeruanda eſt ab incen-
dio imago Virginis. Neque ardentiùs dixit, quàm
fecit. Nam arreptam charam iconem alacriter ſu-
ſtulit, ſecuritati aſſeruit: neque deinceps doloris
quicquam perſenſit, brachio integrè reſtituto, cu-
mu-

mulato teſte in iuuene quidem heroici animi, in Virgine autem beneficentiæ liberalis.

28. Eiuſdem Virginis opitulari ſemper volentis & potentis præſidio ſeruatam ex vndis vitam ſuam refert è Noſtris quiſpiam, qui per autumnales ferias, dum ad id, cui deſtinabatur Collegium, iter haberet, exundante alueo inuolutus, præcépſque cum equo actus præſens mox adfuiſſe ſibi ſenſit inuocatæ fideliſſimæ ſoſpitatricis auxilium.

29. Et profectò incredibili animorum voluptate tuetur vetus illud ſuum Societas, in honore ac amore diuinæ Virginis auguſtiùs proferendo. Quocirca gliſcit indies in animis mortalium effuſa pietas in cōmune hoc generis humani delicium atque præſidium: cuius Immaculatæ Conceptioni ſacer dies eâ iam religione colitur, vt alij feſto nec ieiunio, nec celebritate concedat, Cæſare quoque per omnia MARIANO, toto authoritatis ac exempli pondere intentiùs rem agente. Sed Viennenſis cuiuſdam claſſis in Collegio flagrantior pietas particulatim narranda eſt. Audierat illa adoleſcentum corona tota genibus nixa quendam de B. V. hortatorem; & ardore ac voto concepto atq; chirographi ſubſcriptione firmando, prout ſuam quiuis formulam ſcripſerat, ſcholæ Præſidi porrexit. Voti ſumma erat, Immaculatam DEI Matris Conceptionem ſemper tueri vſque ad ſanguinem, ſi res ferret. Hoc ſuo quiuis nomine Virgini Matri offerri dum peteret, is qui ſchedas accepit, conceptis verbis è ſchedis omnium vnam orandi formulam

mulam

nulam compoſuit, quam illi deinceps quotidie
inguli dicerent, omnes verò vnà in Gymnaſio re-
iouarent.

30. At conſtantia, quæ MARIANæ pietatis
veluti coronamentum eſſe conſueuit, præclarè in
quodam Labacenſiũ Sodalium triumphaſſe videri
poteſt. Is poſteaquam ſe quieti dediſſet, ſubeunte
memoriam eius diei ſeu negligentiâ, ſeu obliuione,
quâ diurnum precum quarundam penſum eo die
magnæ ſuæ Dominæ necdum perſoluerat, ſe de
trato eueſtigio proripuit, atque vt ſocordiæ pœ-
nam elueret, nudis genibus ſubiecit calcaria, iiſ-
que incubuit, vſque dum penſum inſigni cum fide-
itate conſtantiáque abſolueret.

31. Græcij puella vſu pedum ac manuum de-
ſtituta, Noſtro præeunte ad ſoſpitatricem cæleſtem
votum pronuntiauit, & mox à peccatis expiata,
magno ſuo ſuorúmque ſtupore à lectulo ſana ſal-
ua repentè ſurrexit.

32. Altioris beneficij genus eſt id, quod alius
eſt expertus. Hunc obſcœna intemperantia de ſta-
tu valetudinis deiectum, etiam de vitæ ſalutariter
eluendæ cogitatione omni deiecerat, cùm illi fide-
le refugiũ peccatorum MARIA, eâ ferè ſpecie, quâ
ad Iudenburgum in Puech religiosè colitur, ſe per
quietem obtulit videndam; & monuit, Noſtros vt
confeſtim adiret, animúmque legitimâ exomolo-
geſi emendaret, eo remedio etiam corpori conſul-
tum iri. Obſecundauit promptus: & valuit.

33. Non æquè facilis fuit alius ille, qui cum

tetriore quopiam dehoneſtamento conſcientiam inquinaſſet, tanto mox eius horrore ac pudore perculſus eſt, vt non ſacerdotem modò, verùm & ſeipſum fugeret: & iam corpus flumini, animam æterno barathro deſtinantem, & verò id agentem altior è cælo vis prohibuit. Conſerenato hinc animo cùm videret ſe ſæpiùs quantumuis volentẽ perire non poſſe, ſperare auſus, DEVM, vt quaſi de plenitudine, vt aiunt, poteſtatis ac miſericordiæ ſuæ, culpam illam ſuam adeò funeſtam citra Sacramenti neceſſitatem elueret, obteſtatur, conatúrque variè demereri. Supra fidem ſit, quantam quotidie eius deliramenti gratiâ precum & lacrymarum vim cæca hominis verecundia profuderit, quid non ieiuniorum aliarúmque afflictationum ſubierit, quid non ſupplicationum ad loca ſancta ſuſceperit, conſcientiâ ſemper cor inter ſpinas tribulóſque cruentum verſante, & confeſſionem, confeſſionem inuito animo inculcante. Sed ille ſurdus ad hæc omnia, dum alto ſopore merſus interquieſcit, graui in humeris ictu à manu, quam non videbat, accepto pęnè in terram excutitur, vnáque vocem audit, quæ confeſſionem imperabat. Surgit, imperata facturus; & Varaſdinum profectus, Societatis templum ingreditur, diuinis magno animi ſenſu adeſt, & gemit; ſed inconditis animi cruciamentis nullam quietem reperit, obſtinatæ verecundiæ ſilentio à confeſſione retractus. Tamen haud ſcio quot menſium interiectu pòſt, iterum nocturnâ verberatione perpulſus, iterum Varaſdinum ad No-

ſtros

:ros adit , ſed à muto dæmone veluti capiſtra-
us , redit iterum ad conſilia deſperationis , cùm
emori potiùs, quàm ſemel coram Sacerdote e-
ubeſcere obſtinatus eligeret. Verùm inſtabat
nuicta DEI benignitas , & octauùm reuerſus ille
nonitor pugno humeros , voce horrendâ aures ,
nimum terrore concuſſit. Iterum templum repe-
iit conſternatus , iterum die integro cum inſa-
iâ verecundiâ luctatus templo abiit , poſtridie
e infectâ denique diſceſſurus. Sed priùs quàm ſe
tineri redderet , in templo noſtro adiit ad gratiæ
c miſericordiæ Matrem valedicturus. Ibi dum ef-
uſè illam orat, vt ex inexhauſto miſericordiæ ſuæ
heſauro depromat modum, quo à peccati ſui car-
ificinâ, citra confeſſionem , liber poſſit euadere;
lum impensè inſtat, vt id emereri tandem poſſit,
emollitus ab illa, quæ cordium ſæpe Regina eſt, a-
ius ab eo qui venerat ſurrexit ; ad portam abiit
Confeſſarium petiturus : ibi diu ſecum luctatus re-
ceſſit; ac iterum redux , accito Patri percenſuit o-
nnia, & conſcientiæ ſinum pandit; abiítque tantâ
xpiati iam animi amœnitate tranquillus, quantam
dicebat ſe ſupra mundi pretioſa , & dulcia omnia
næſtimabili gaudio æſtimare. Nempe & hunc a-
ſperiora commeritum diuina benignitas Matri mi-
ſericordiæ donauit , grande obductionis obſtina-
æ, & diuinæ pietatis cum præfractâ malitiâ certan-
tis, tandémque vincentis exemplum; vt ne nos tæ-
deat , auſpice Virgine, cum peruicaci quorundam
obſtinatione vſque ad victoriam decertare.

§. VII.

SODALES BEATISSIMÆ Virginis Matris.

34. LVbet hîc rem aliàs non parùm vſitatam nouâ tamen quadam gratiâ hoc ann conditam breuiter enarrare. Solenne Chriſti pe des pauperum abluentis exemplum Græcij fer. 5 maioris hebdomadæ, hoc anno ad Proceres Nobi léſque primores traductum eſt. Conuenerunt i Cæſareo Mauſolæo, quod S. Catharinæ ſacrum, & Sodalium Oratorium eſt; inde tres ſupra denos vi ros pauperes, cæruleâ talari indutos ducebant ſin gulos bini Proceres, MARIANO inter faces labaro præeunte. Ita magno comitatu ad amplam Aca demiæ aulam ventum iam omni ad lauandum, & cœnandum apparatu lautè inſtructam. Præmiſit quæ tempori opportuna ſunt, Rector, & Clerus Tum nunc ſinguli, nunc bini Proceres ad paupe rum adductorum pedes prouoluti, magnâ demiſſ animi ſignificatione accuratè, quæ ad abluendum pertinebant, ſingula executi; menſis admotos, & liberaliter, ipſis qui pedes abluerant miniſtranti bus tractatos, & viritim lautè donatos, ac partim ſuaui muſicâ, partim lectione ſacrâ recreatos, cum ſtipe, repotijs, eodem quo venerant ordine ad Ora torium reduxêre.

35. Ibidem nonnemo Sodalium acceptum ſe cundùm caput lethale vulnus, adnitente Sodalitij

Præ.

ræ ſide tam æquo animo tolerauit, vt & iniuriam, t expenſas liberaliter condonâri.

36. Inter non poſtrema diuinæ gratiæ adiumenta cenſetur etiam illa, quæ Chriſti agonem pro moribundorũ ope colit Sodalitas. Magno illa morientibus leuamento & ſolatio, magno ſanis eſt incitamento ad ea, quæ nullis aliàs eloquẽtiæ viribus potuiſſent perſuaderi. Ipſo qui eius veluti princeps eſt die ad ternas aras à primâ luce vſq; ad adultum meridiem diſtributa diuina Synaxis gratulationem, admirationem, lacrymas excitauit. Videtur eſſe granum ſinapis, quod in arborem grandem excreuit; & fermentum vrbis, ac omnium circumquaque cœnobiorum, pagorum, oppidorum. Ad hanc Leopoldus Auſtriacus Archidux Belgij Gubernator, datis 29. Decemb. anno ſuperiore literis, admitti petiuit in hæc verba: Dilecte Pater, intelligo ex Confeſſario meo, quòd Græcij nouam Congregationem ſub titulo *Chriſti agonizantis & mortui* erexeritis: atque eidem auguſtiſſimum Cæſarem, & Bohemiæ Regem inſcripſeritis; cui quia magno me aggregandi teneor deſiderio, peto à vobis gratioſiſſimè, vt me loco debito inſeratis; & hac ratione meritorum Congregationis partcipem efficiatis. Opulentioris æquè ac tenuioris fortunæ mortales illius in morte cum ſolatio, nec ſine eleemoſynâ meminêre. Taceo lautiora: ſingulare quidpiam eluxit in ruſtico, qui moriens hanc Sodalitatem ex aſſe hæredem ſcripſit.

37. Iam vt ad Parthenios redeamus, mira illis

corporis affligandi ſupellex, & artificia noua & ve
tera variè vſurpantur. Vrticæ in ſinu, ſcrupuli ge
nibus flectentis, plantis currentis ſubiecti, lectu
ligneus, ceruical ſaxeum; à vino per Quadrageſ
mam, à fructibus per æſtatem penitus abſtinere
mulieroſa munera, procaces illecebras aſpernari
res non rara Sodalibus. Certè vnum è S. Spiritu
Sodalitio Græcij Conuictorem, vna quæpiam, emo
lidâ blandiloquentiâ, iniectis etiam cum annul
duodecim aureis, in domo ſuâ loco ſceleri opportu
no & proximo, ad proſtituendam pudicitiam cùm
inuitaret diues, & procax adultera, Ioſephum re
perit, monitorem, & loquentem victorias: qu
poſtea cùm eiuſdem literulas pedibus protereret
eo contemptu amores contemptæ in odium ver
tit. Pluribus item Sodalibus caſtitas fugâ ſuæ ſe
curitati conſuluit.

38. Illud quoque Sodalis eſt in colenda DE
Matre ingenium. Is amore DEIparæ, cæleſte MA
RIÆ nomen humi, linguæ veluti calami non velo
citer, ſed lentè ſcribentis, vſus officio, deſcripſit
ídque Sabbato potiſſimùm. Cúmque deſcriptum
amanter & ſupplex legeret, ſolebat illud amantiſ
ſimis oſculis tenerrimè venerari. Tyrnauiæ in ma
iori Sodalitio hæc induſtria exerceri cœpta; v
præter conſueta pro defuncto ſodali ſuffragia, Cō
gregationis Præſes, defuncti nomine, ſacram in e
iuſdem ſubſidium à ſingulis eleemoſynam ſchedi
priuatis pro piâ cuiuſuis liberalitate inſcriptam
corrogârit; ac, nomine promittentium prætermiſ

ſo,

ſo, palàm omnibus legerit, quid ſinguli promiſiſſent. Ibidem ad B.V. S. Ioſephum, S Barbaram, Vrſulam, & reliquos agonizantium aduocatos typis datus eſt *ſupplex libellus*.

39. DEO, Societati, Sacramentis mortales conciliare, diſſidia irrito exitu ab aliis, vt componerentur, tentata componere, denique quicquid nos coràm faceremus, illud pro modulo agere ſuarum eſſe partium arbitrantur Sodales vel ipſo iſto nomine ad pulcherrima inuitati. quódque vnicè optat Societas, etiam dum è noſtra diſciplina veluti rude donati diſcedunt, conceptam apud nos erga diuinæ Matris cultum religionem, & ipſi non pauci retinent, & propagant.

§. VIII.

SANCTI.

40. RAra, & ſolennis, eóque haud prætermittenda Sanctorum gloriæ hoc etiam exemplo propagandæ hoc anno Tyrnauienſibus pompa illuxit in tranſlatione nouem SS. Martyrum, quorum beata pignora iam pridem habet illud Collegium, *Georgio Forro* ante decennium ibidem vitâ functo, eius Collegij per plures annos Rectore, ac Prouinciæ Præpoſito potiſſimùm adnitente. Nomina Martyrum ſunt Aniceti, Deſiderij, Iuliani, Chriſtinæ, Sineſiæ, Serotinæ, Semidiæ, Seuerinæ, Priſcillæ Virginum, & Martyrum. Ergo 27. Auguſti præſtitutus ſolennitati dies tanto fuit omnium ordinum ex omni latè viciniâ concurſu

celebratus, quantus poteſt eſſe maximus. Pridie eius diei ſacri Martyrum cineres, è ſacrario noſtro clàm ad principem S. Nicolai Ep. ædem deportati. Veſperæ ac Matutinæ preces, auſpice Strigonienſi Archiepiſcopo, & octo quà Epiſcopis, quà Prælatis infulâ inſignibus, cum Canonicorum collegio, & Clero vniuerſo celebratæ, nocturnis vigiliis pro more priſcæ Eccleſiæ obſeruatis. Poſterâ luce peractis ibidem diuinis, & concione ſolutâ, Sanctorum corpora per Vrbis compita fronde ac germine conſtrata circumferebantur. Præibant agmina opificum expanſis prægrandibus labaris alia ab aliis diſtincta; ponè ſequebatur ſcholaſtica iuuentus; tum quina Sodalitia cum ſignis item ſuis, è ſcholaſticis externiſque conflata Tum gratulabundo tubarum apparatu ſtrepitúque feſto clangente, ibant adoleſcentes triceni pari veſtium colore Martyrum ſigna honorificè præferentes. Cui demum coronæ ſuccedebat, infulis & Pontificali amictu inſignium Præſulum ſenatus, ſex Martyrum corpora religioſâ pompæ maieſtate, ſub ſingulis vmbellis ſingula geſtantium, vexillo Martyrum præeunte. Agmen alterum ducebat Academicus magiſtratus cultu ſuo pro more veſtitus, cum ſceptris argenteis; ducens chorum ſymphoniacorum ad tubas tympanáque canentium. Succedebat vexillum alterum, quod SS. Martyrum ſymbola referebat, ponè comitibus aliis triginta adoleſcentibus baiulis trophæorum. Deinde frequens Eccleſiæ Strigonienſis Sacerdotium procedebat; ſequente Archie-

piſco-

piſcopo, qui ſub nobili conopæo vnum è ſacris corporibus manu geſtabat, inter Nitrienſem & Varadienſem Epiſcopos duorum item lipſana deferentes. Tandem nobilium corona, magiſtratus, & ciuium primores agmen claudebant; fæminis trifariam etiam in tria vexilla ordine diſtributis. Ad extremum conferta è pagis, & oppidis multitudo per geminas ciuitatis portas ab oriente die vſque ad ipſum ſolennitatis tempus ſe ſe certatim cum vexillis ſuis infundebat; dúmque alij aliis ſuperuenirent, plena erant cateruariis turmis omnia. & omnia diuorum laudes canentium vocibus vſquequaque perſonabant. A templo Societatis, quò vniuerſa pompa tendebat, haud procul arcus triumphalis erectus aditum aperiebat ad templum. Vbi demum glorioſæ Sanctorum exuuiæ ſuper aram maximam ab Illuſtriſſimis Præſulibus collocatæ, ac ſedato nonnihil æſtu multitudinis, habita à Cancellario Academico appoſita latinè Oratio & Miſſarum ſolennia; poſt meridiem eodem ritu ac celebritate ſecutæ veſperæ, Vngarica concio, ac *Te Deum laudamus* magno plauſu; nocte etiam feſtis lampadibus vndique collucentibus, cælitum, velut hoſpitum, gloriam celebrante; omni verò ætate ac ſexu, ab hominum memoriâ nunquam Sanctorum cultum tantâ maieſtate productum clamante, hæreticis inuidiâ & ſtupore, odióque defixit.

S. P. IGNATIVS, & ſocij cælites.

41. CONſueta, & nonnunquam pluribus miraculis maior cenſetur Ignatiana illa quotannis ſolitudo & receſſus, in quo ex admirabilis Exercitiorum libelli præſcriptione, veluti receptui cecinêre facilè centeni: quos inter illuſtriſſimi aliquot viri, atque inprimis Strigonienſis Primas Archiepiſcopus. Iiſdem religioſè vacauit Styræ ſacrarum Virginum cœnobium, atq; Eberndorffij Prælati aliquot regularium cum Religioſis ſuis: quódque magno pagorum, & oppidorum in diuinis progreſſu accidit, iiſdem accenſi animarum Curiones quinque ſupra viginti.

42. Neq; illud in poſtremis habendum, quòd ad magnam id omnino quærentis Ignatij mentem, Societatis IESV Gymnaſia ſint clariſſima Eccleſiaſtici ac Secularis ſtatus, virtutúmque & ſcientiæ Seminaria, ex quibus in Rempublicam Chriſtianam plurimus vndequaque fructus emanat. Sunt eadem Religioſorum Ordinum quaſi promptuaria, quorum diuerſos hoc anno auxerunt facilè centum quadraginta capitibus. Nam vna Græcenſis Rhetoricæ claſſis viginti iuuenes, Viennenſis triginta ſex diuerſis Cœnobiis ſuppeditauit; vt de Clero erudito, & aucto acceſſione magnâ, nil dicam. Apoſtatæ in ordinem religioſum redacti tres.

43. Viennæ ſpectabili ſplendore, populíque frequentiâ obiti ſunt feſti dies SS. Ignatij atque Xa-

uerij,

uerij, celebritatem augente apud Profeſſos, & in Collegio Imperatore Ordinis noſtri ſtudioſiſſimo, vnà cum auguſtiſſimâ ſuâ familiâ. Crembſij conuenêre cum Noſtris in communem pietatis gloriam omnium Ordinum primi æquè ac vltimi. Adfuerunt è vicinia ſub vexillis ſuis quinæ cum ſuis curionibus Parochiæ, longo & compoſito ordine, choris alternis per vrbem concinentes. Comaromij cùm templum S. Franciſci Seraphici nomine dedicandum eſſet ab Archiepiſcopo Strigonienſi, ille Franciſco addidit etiam S. Ignatium honoris ſocium & tutelæ.

44. Denæ potiſſimùm puerperę vnà cum fœtu, à præſenti interitu ſeruatæ Ignatij nomine implorato. Iaurini homo oculorum acie pænè deſtitutus, damnato iam aliorũ nil vltra opis aut ſpei afferentium auxilio, fuſis flagrantiſſimis ad S. P. Ignatium templi noſtri Pręſidem precibus, primæuam oculorum vim & aciem impetrauit. Flumine alius pari remedio febres extinxit; cùm ab edito ad Sanctum voto mox conualeſcere cœperit, breuì penitus reſtitutus. id quod ibidem alij datũ, S. P. Xauerij auxilio aduocato. Paſſauij mulieri ſeu malis aliorũ artibus, ſeu ab ipſo hoſte maligno profligatæ, ſemiexanimi & rigidæ admota lipſana S. P. Ignatij eam vim habuêre, vt & viuere ſe oſtenderet, & viribus totis obniteretur, ac ſe in fugam daret. Iterum in ſaxum obrigeſcenti ſenſus eodẽ remedio reſtitutus; donec ſemel ad ſacrorum cinerum contactum velut experrecta ſe in lecto erexit in genua, & cum dome-

ſticis

ſticis è coronæ MARIAnæ ritu Beatiſſimam Virginem ſalutauit. Mox velut è veterno vigil interrogabat, ecquid ſecum ſeptem hiſce proximis menſibus actum fuiſſet? vbi egiſſet? neque enim ſe ſcire, quomodo habuiſſet; id verò ſcire ſe, optimè nunc habere. Primâ luce à lecto valens ad templum conceſſit.

45. Ibidem pictor, cui manuum & artis vſum contracti nerui ademerant, propitiâ SS. Ignatij & Xauerij ope manum recepit; beneficij memoriam, ne intercideret, artis ſuæ præſidio poſteris cõmendauit. Tergeſti matrona nobilis volam indicem inter ac medium digitum cultro læſit imprudens, periculo in manum reliquam à chirurgiæ conſultis conclamato Primus Decembris dies is erat, quo vicinum S. Xauerij feſtum fæminam de manu & auxilio ſollicitam ad Sanctum vt recurreret, inuitabat. Concepto voto, poſterâ die manum integram prorſus reperit ac illæſam.

46. Poſonij S. P. N. Ignatij effigies cuiuſdam vertici emplaſtri inſtar appoſita, vertiginem, doloréſque acerrimos, quibus nullam quietis partem, nec interdiu nec de nocte capere poterat, ſedauit, ac planè abegit.

47. Neque hîc Aloyſium Ordinis noſtri Angelum indigetem tacuerim. Hic inuocatus adoleſcentem non ſine vitæ diſcrimine repentè proſtratum, orantem, repentè valentem erexit. Noſtrorum etiam Sanctorum auxilio adſcribitur fratris cuiuſdam noſtri vita, quam in Danubio à naufragio

reti-

retinuit, cùm aliquot alios hauſiſſet Danubius; ſed & bonam æris frumentationi parati partem, iam licèt demerſam, recepit.

§. IX.
DE PVRGATORIO.

48. QVi cælites impensè colendos aliis contra hæreticorum rabiem perſuademus, conamur etiam enixè omnes ad liberalem erga animas cæli candidatas pietatem inducere, quò citiùs frui poſſint ſummo bono, quod ſummè deſiderant. Mirum in modum iuuit piam hanc operam Deus. Nam Styræ, vir ferè ante triennium vitâ functus, coniugi ſuperſtiti ſe dedit ſpectabilem, eâ ferè ſpecie, quâ erat in agone, ſed vultu atriore nonnihil ac mœſtiore. Cúmque ad reſeranda ſibi tandem clauſi tertio iam anno ineunte cæli adyta & gaudia ſuffragationem neceſſariam flagranter ſanè petiiſſet, & à piâ ſuíque amante coniuge perfacilè impetraſſet, rediit totus nupero illo amœnior, vultu placido, nitido amictu, gratè profeſſus, nunc demum ſe aſſertum in filiorum Dei deſideratiſſimam libertatem. Neque deinceps domi quicquam turbatum eſt.

49. Licentioris vitæ alius perutili ſpectaculo ad mentem eſt & frugem traductus. Videre ſibi viſus erat cominus voraginoſam, & odore tetro luridam paludem, in qua propè ripam alij, alij altiùs in paludis medio, pro criminum modo, variè ac miſerè volutati, cruciamento miſerabili torque-

ban-

bantur. Videbat etiam eminus inde agmen procedentium liberali ſerie ac decorâ : & in glorioſo illo cætu filiam nuper vitâ functam : à quâ neſcio quæ ſciſcitatus, æternæ vitæ verba accepit. Nam illo viſo, & illis filiæ reſponſis diuino quodam illius ſeculi idiomate datis, ac intima mirum quantum peruadentibus ad æternas rationes vitam deinceps accuratè compoſuit.

§. X.
DESPERATI ADIVTI.

50. FErax huius meſſis hic annus fuit. Crembſij deſperatis fæminæ à profugo marito, atque adeò ab omni leuamenti ſpe deſertæ, iámque vnà cum prole tergeminâ tertij diei inediâ propè enectæ conſiliis, Noſter quiſpiam in ipſo deſperationis æſtu interuênit, & ſtipe in trimeſtre ſpatium corrogatâ, miſeram in ſpes lætiores ab ipsâ propè morte reſtituit.

51. Alia Poſonij ob amiſſam furto pecuniam, mariti rem iniquiſſimè laturi metu in tantis domi anguſtiis, muliebri conſilio ſibi ſiniſtræ manûs venas neruóſque inciderat vitæ odio atque metu: cúmque coniugem domum reducem obſtructis oſtiis inſtantem pulſantémque audiret, paucis finem factura, iugulo cultrum immerſerat. Irrumpens vi maritus vbi exanimem in ſanguine inuênit, confluente viciniâ Noſtrum accerſit. is remotis arbitris iam ſibi velut à deliquio reſtitutam, & inconſulti conſilij maximè pœnitentem ad mortem inſtruxit,

quam

quam illa poſterâ die felicior obiit, quàm antè ſperauerat.

52. Alij quoque vitæ pertæſi iam æternùm perire elegerant, fune, cultro, aquis, liquati ferri fornace. Verùm iniecta à Noſtris opportunè vitæ conſilia ſuſcepêre. Quidam ter cultrum pectori deſperato, ter ſecurim infelici capiti mortis cupidus admouerat. Sed ſeu naturæ ſeu gratiæ vi abſterritus, & à quodam Patre, qui è Iudenburgenſi Collegio in hominem fortè inciderat, damnauit obſtinatum hactenus deſiderium impiè moriendi.

53. Styræ maritum Xantippe ſua eò inſaniæ perpulerat, vt ſe Anaſo flumini, ſponte in illum præceps, vitæ ac vxoris odio actus inuolueret. Verùm vbi maiore quodam, neque dubium, quin cæleſti adiumento in ſecurum locum eiectus eſt, ad nos acceſſit, & ſacramentorum frequentatione animatus, patientiam, & viuere libenter ac benè condidicit.

54. Lincij decretoriâ capitis ſententiâ conſternatus quidam obtorto circa collum funeſto funiculo, mortem craſtinam hodiernâ voluit præuenire. Iámque obuersâ ad murum facie animam agentem reperit Noſter, cùm putaretur precibus eſſe intentus. Ergo abrupto funiculo ſenſim fouere hominem aggreſſus, vbi liberiore iam ſpiritu animam reciprocantem aduertit, ardenter ad meliora hortatus expiauit, paratum breui ſupplicio vitam non iam ſua manu abrumpere, ſed iuſtitiæ decreto

creto finire, neque ſe à morte in mortem æternam vrgere præcipitem.

55 Fuit, qui vt venalem dæmonem vitro incluſum emeret, peregrinabundus, & ære ad id lautè inſtructus iter in illam vrgebat Prouinciam, in qua id genus merces pretio quantumuis magno compararet, cum illo auream ſibi fortunam empturus, animæ quoque corporíſque, ſi ita res ferret, impendio. Iámque longo emenſo itinere Labacum appulſus, fortè in Sacerdotem noſtrum incidit, ductu prorſus Angelico: & humanâ ſalutationis comitate duris aliàs auribus lenocinante allectus, quò & quali conſilio iter intendiſſet, totum denique ſecreti hactenus pectoris carcinoma fidè aperuit. Sed vbi amiciſſimâ ſuauitate, ac magno vrbanæ dictionis pondere ſe in hominis animum inſinuauit Pater, atque illi fidenter enorme illud & execrandum facinus quantum & quale eſſet, oſtendit, DEO intra hominis præcordia rem agente, peruicit. Quocirca ille abiecto ſceleſto conſilio, Sacramentorum adminiculo adiutus, domum ad ſuos reuertit, doctus credere DEVM poſſe omnia, & non poſſe deeſſe fideli ſuorum ſpei; dæmonem verò ſupra id, quod DEVS permiſerit, nihil poſſe.

§. XI.
ELOGIA DEFVNCTORVM.

56. E Sociorum numero primus hoc anno ad immortales exceſſit Zagrabię 6. Ianuarij *M. Ioannes Mereſich*, quarto abhinc anno in So-

n Societatem adlectus, multifariâ charitate, ſed
ræcipuâ ægris promptè ſeruiendi procliuitate,
c circa ſuos in ſcholis induſtriâ laudatus.

57. Pridie Kalendas Februarij Græcij moriens
ratam ſuî apud omnes recordationem reliquit
P. *Franciſcus Amicus* Coſentinus, vir de Auſtriæ
rouincia per duodeuiginti annos in Theologia,
uà docendo, quà ſcribendo, itémque in Cancella-
ij munere, ac doctæ virtutis exemplo eximiè com-
neritus. Nemo illum quicquam vnquam deſignaſ-
e aduertit, quod noſtris Legibus contrairet. Vitam
x aſſe omnem, cùm Indicę olim flagranter expeti-
æ non poſſet, orationi & libris addixit. Omnes,
Religioſos potiſſimùm, charo complexu fouit, ab
mnibus viciſſim honore ac amore inſigni cultus
ſt. Honori fuit literis illud virtutis tam attentæ,
n cibo ac potu tam parcæ, in communi conſortio
am facilis & amicæ exemplum, citra vlla phantaſ-
nata exiſtimationis, aut vmbras phantaſiæ ali-
uando ſub docto nomine inquietæ. Aiunt ora-
ionem matutinam, ſolita Societatis examina, pen-
ùm diuini officij ad extremum vſque, id eſt, 73. æta-
is annum, ſemper de genibus perſoluiſſe: nullam
ebdomadem præterlabi paſſum fuiſſe, quâ non cu-
inæ, ſeruiendi; triclinio verò, pœnitentiæ con-
uetæ causâ ſe ſe addixerit. Magnæ Virginis hono-
i ac amori religioſè addictus, Sabbatinum ieiu-
nium conſtans tenuit, etiam ſi feſtum, atque adeò
pſe natalis Chriſti dies in illum incideret. In tre-
mendo Miſſæ ſacrificio quo ſenſu felix intus ani-

mus æſtuaret,effuſæ in modeſtiſſimũ illum vultum
piæ lacrymæ loquebantur. Libris Theologiam vni-
uerſam illuſtriorẽ, & clariorem reddidit, modeſtiſ-
ſimi ſtyli retinentiſſimus, quíque Authores fideli-
tate ingenuâ laudet, à quibus quidpiam ipſe decer-
pſerit. At qui cum omnibus & de omnibus hono-
rificè tum ſentiebat, tum etiam loquebatur, de illo
viuo & mortuo perſanè magnificè loquuntur, qui
eum altiùs pernouêre. E domeſticis Patribus eſt
nonnemo, qui capitis dolorem, quo anno iam in-
tegro fuerat conflictatus, P. Franciſci Amici meri-
tis à Deo abſterſum eſſe interpretatur, ducto inde
perfacili argumento, quòd id ſe à DEO in cælo pe-
titurum moriens P. Franciſcus promiſerit. Vnus è
D. Baſilij familiâ hoc illum depingit elogio: P. Fran-
ciſcus Amicus, Germaniæ Sol, Religionis ſuæ Co-
lumna, virtutum compendium, Scientiarum eſt
Magiſter. Eminentiſſimus virtute, literis, purpu-
ráque Cardinalis Petrus Pazmannus, & quidam Ce-
leberrimi Ordinis Prælatus, ob doctrinæ cum clari-
tate præſtantiam Angelicum vocauêre.

58. Goritiæ 15. Februarij dum propè telam
ordiretur, ſucciſus eſt *M. Ioannes Barbo* Rhetoricæ
Profeſſor, ex illuſtri Baronum domo in Iſtria ortus;
nec minùs illuſtris ingenij ac virtutis.

59. Quartus in mortuorum album venit *P.*
Andreas Sakco, vir per annos 18. in aula perſanctè
verſatus, nullo libertatis lenocinio ad otium, li-
centiámue pellectus. Cùm in doloribus, velut in
acie nouaculæ, acriùs vrgeretur, erumpebat in il-
la

verba identidem, Ampliùs, Domine, ampliùs!
um demum 17. Aprilis cùm puram animam age-
t, cùm ſe inſtructum ad iter vltimum præſidiis
nnibus iam videret, *Veni*, aiebat, *Domine IESV!*
abiit.

60. Quintus *P. Laurentius Markouich* Car-
iolus, 10. Iulij defunctus, totâ ferè ætate in Reſi-
entiis Superior dexter, ſuauis, & pluribus ſubdi-
orum ſecularium lacrymis deſideratus.

61. Sextus *P. Lucas Remethei* Vngarus im-
iger ad dicendum, & laborioſas expeditiones, in
uibus non rarò poſt emenſa pedibus longa plu-
um leucarum ſpatia famem pane cibario & fri-
idâ ſolabatur: cæleſtis Matris impensè amans: &
odem quo ipſa in cælum aſſumpta eſt die ad im-
ortalitatem aſſumptus.

62. Breui pòſt 25. Aug. Goritiæ ſubſecutus
ſt *P. Angelus Brogiollus* Venetus, 4. vota profeſſus,
onſcientiæ à tenui etiam næuo ſeruandæ ſtudio-
us, ætatem ſi ſpectes, præproperè ferè decerptus;
morbos, tempeſtiuè.

63. Caſſouiæ 25. Sept. migrauit *P. Michaël Ta-
yi*, 4. & hic votorum profeſſus, è ſcholis ad au-
s extractus, & de iis quà religiosâ conſuetudi-
is comitate, quà dicendi ad concionem gra-
â ſingulari contra vitia hæreſéſque armatus, &
ræclarâ meſſe à DEO cumulatus. Romæ ex Ger-
anico & Vngarico S. Apollinaris Collegio tiro-
inium adierat, & ibidem, atque in Romano Col-
egio præclaros ignes conceperat, vtiliores futuros

ègenti viris cordatis Patriæ, ſi mors magnis cona-
tibus non interceſſiſſet, ac virum in aliis magnum
ſed in flagrantiſſimâ cum DEO vnione longè ma-
ximum ex ipſo ſacræ agriculturæ medio rapui-
ſſet.

64. Tergeſti, præter alios alibi Coadiutores
ſupremùm vixit Octobri *Albertus Radinger* à ſua-
uiſſimæ puritate modeſtiæ Angelus dictus, igna-
rus quid eſſet contra puritatem tentari, ſui tame
vexator immitis, adeò vt monenti ſuperiori dice-
ret, ſe in hoc ſibi ſatisfacere nunquam.

65. Flumine autem 25. Octobris Rector Col-
legij *P. Ludouicus Vinchiarut* migrauit, charum v-
bique nomen ſiue dum Miniſtrum Græcij per an-
nos 13. ſiue dum alibi Rectorem per annos 10. a-
geret, placidè ſemper ſibi ſimillimus. Sacro tribu-
nali fideli diligentiâ interfuit, etiam Rector, ſem-
per. Cubiculum verò iam inde ab ipſo tirocini
tempore nunquam ingredi egrediue conſueuit,
quin IESV & MARIÆ imaginem in Oratorio gen
ſupplici ſalutaret.

66. Ipſo animarum fidelium die iiſdem ac-
ceſſit moriens Leobij *P. Aloyſius Kun*, Prutenus, 4
vota profeſſus. Cùm in aula viduæ Imperatricis
tum alibi, ac demum Leobij ad concionem ita di-
xit, vt Leobij non vltima egregij progreſſus portic
illi reſpondeat. id quod ciues luculenter teſta-
ti ſunt, dum ei die poſtero apud PP. Sancti Do-
minici parentarunt. Orandi, ſuíque vexandi adeò
retinens, vt etiam æger ægrè culcitram admiſerit,
cùm

ìm valens non niſi ſacco ſtramine farto pro le-
ulo vteretur.

67. Viennæ in Collegio 19. Nouembr. vitam
orbis ac ætate confectam clauſit *P. Chriſtianus*
ertſchiades annos 68. natus, in Societate verò
. quibus tirones, in tertio anno Patres, Collegia,
Domum Profeſſam gubernauit, Romam Procu-
tor, & poſtea Elector miſſus. Matura in illo vir-
s, & ſtudium etiam ſe vexandi. Oratio verò, quò
ſet ardentior, in vltimâ ætate potiſſimùm, fuſa
genibus. Inſtituti Societatis amans, ac tenax
opugnator.

68. Leobij denique quinto pòſt die *P. Iacobus*
Donker Antuerpienſis extinctus. In quo 50.
on ampliùs annos nato, morborum patientia, mi-
ra & columbina Nathanaëlis & verè Iſraëlitæ,
citra omnem doli fucum, ſimplicitas,
ac erga diuinæ Matris cultum augu-
ſtè augendum religioſa teneri-
tas eluxêre.

ANNVÆ PROVINCIÆ BOHEMIÆ M. DC. LI.

VNiuerſi qui ad Bohemicam Societa-
tis IESV Prouinciam hoc anno 165
pertinuêre, fuêre vndecim ſupr
ſexcentos; & inter hos pars potior
trecenti ſeptendecim Sacerdotes.

1. Noua hoc anno, & à P. Noſtro Franciſc
Piccolomineo admiſſa in Fundatricis nomen, Co
legio Glattouienſi veluti nutrix, aut etiam Mate
acceſſit Comes Lucia Ottilia domo Martinezia
coniugio Kolowratiana, quæ ſupremâ voluntat
Collegio tranſcripſit quinquaginta millia Rhene
ſium, vt vocant, florenorum. Et anni necdum inte
gri interiectu, eiuſdem germanus Georgius Come
à Martinez Regni Cancellarius vitâ decedens tem
pli fabricæ legauit decem millia florenorum: v
iam pro aris & focis, templum & Collegium Glat
touienſe benefico Martineziorum nomini ſit ex a
ſe obnoxium.

§. I.

FIDES CATHOLICA propagata.

2. SI quando vnquam, hoc certè anno in be-
nedictionibus dulcedinis adeò luculen-

ta

ta fuit per Bohemiam opera ſociorum, Deo incre-
nentum abundè præbente, vt meritò ante annos
ilios hic annus mereatur Anni Apoſtolici nuncu-
pationem. Nam cœpta ſuperioris anni decora in
proferendâ & vrgendâ religione Catholicâ con-
tra eos, qui ſeu dolo, ſeu ignauè diem ex die prola-
tabant, hoc etiam anno intentiùs adurgenda cen-
ſuit Ferdinandus III. auguſtiſſimus Imperator, de-
creto ad Locumtenentes, vt vocant, atq; adeò ad
Pragenſem quoq; Archiepiſcopum, dato; quò etiã
pax inter fideles Deo eſſet ſecurior, hæreſi profli-
gatâ, quæ ſemper ſeditiones aut præparat, aut ex-
ercet. Huic ſpartæ adornandæ per plures colonias
diſperſa Societas expromptis impigris, tam artis
quàm patientiæ viribus, præclarum ſanè pulchrio-
ris, quàm difficilioris operæ pretium, & Angelis
patriæ ciuiúmque Præſidibus gaudiũ attulit; quan-
do ij, qui vniuerſæ vitæ noxis veluti laqueis ani-
mum exſoluêre, numerati ſunt circiter bis mille
nongenti triginta ſex: ij verò quos per Bohemiam,
Sileſiam, & Morauiam diuina bonitas in vnicam
Eccleſiæ Catholicæ clientelam nouos clientes ac
filios tranſducere dignata eſt, fuêre, vt infra nume-
rum potiùs calculum coarctemus, quàm altiùs
porrigamus, *triginta ſex millia, ducenti nonaginta ali-
quot.* Quæ res quantâ Nobilitatis lætitiâ peracta
ſit, argumento eſſe poteſt Miſſio Biſtrienſis, in qua
ſyllabus ad fidem reductorum authoritate publicâ
iniri debuit, & Luciam Ottiliam Martineziam tan-
tâ hilaritate perfudit, tantam erga Apoſtolicum

Societatis nomen reuerentiam accumulauit, vt quinto ante mortem die ſuam erga Societatis nomen voluntatem ſit liberaliter conteſtata, & publico inſtrumento ſubditis illis ſuis complura aureorum millia, quæ debebant, eo nomine condonârit, quòd Orthodoxi iam viuerent.

3. E reductis ad mentem ac fidem fuit & illa mulier apud Breznicenſes, quæ inconſultâ edacitate feriâ ſextâ carnibus veſci ſolita, toto ſex menſium ſpatio pedum vſu capta iacebat. Vbi verò vnà cum ſectâ vetitum carnium vſum depoſuit, vſum pedum acturùm recepit.

4. Neo-Pragę faber ferrarius plurium præfractę ceruicis hæreticorum anteſignanus, cùm caput pertinax obſtinaſſet, ſe in ſyluam fugâ abdidit. Verùm aſſecuta illum clemens DEI vindicta, hominem tantâ vi terrę alliſit, vt ſe loco mouere cùm non poſſet, ſuccollantibus aliis domum fuerit reportatus, vbi culpam agnouit in pœnâ; & à ſuo caſu ita viuere didicit, vt conuerſus, alios etiam ad fidem adduxerit, quos exemplo hactenus abſterrebat.

5. In Miſſione Bohdalicenſi vir nobilis, at obſtinatè ad exilium vſque hæreticus, viſo vnico filio iam ad vitæ extrema deducto, inopinanter arcanâ luce percellitur, & votum nuncupat, ſe ſi filium ſuperſtitem ſeruet DEVS, in Catholicę fidei amplexu vitam reliquam poſiturum. Illicò filio ſalus rediit. Pater verò à mœrore ac hæreſi ex voto experrectus, adeò prouidenter ſuorum quoque

ſa-

ſaluti proſpectum voluit, vt illis exemplo prælu-
xerit, ac vetuerit, vt ne palàm, ne clàm vllus hære-
ticum verbi miniſtrum vel retinere, vel audire au-
deret. Wratiſlauię quidam ſimul ab hęreſi, ſimul
à pacto cum rebelli ſpiritu inito abſolutus.

6. Brunæ Iudæa vna pro Baptiſmo inſtructa:
Iudæus item cum coniuge ac filio ex auitis tenebris
in lucem eruti Chriſtianam, ſacro lauacro in tem-
plo noſtro ritè cum pompâ ſunt tincti: dicente vi-
ro, ſe iterum ac tertiò monitum per quietem; vt
ſi ſaluus eſſe vellet, in Chriſti nomen concederet.
Id quod quidē Iudæo vt crederem, ego ne vix qui-
dem adducerer, niſi, teſtibus literis, illum Chri-
ſtum ſeriò induiſſe laudata vſque ad admirationem
noua illius viuendi ratio perſuaderet.

§. II.

SACRAMENTA.

7. PRagæ quidam infelici Magorum ſocio-
rum ductu ad ganeas pertractus, noctes
ac dies totos ſpectrorum intemperiis agitabatur:
& iam propè aberat, vt mente quoque penitus mo-
ueretur, ſociis intereà inexplicabilem perplexi vn-
dique hominis calamitatem ſublato petulanter ca-
chinno effusè ridentibus. Ad noſtros vbi acceſſit,
conſcientiâ eueſtigio perpurgatâ, nihil à ſociis, ni-
hil à lemuribus deinceps perpeſſus eſt.

8. Glogouiæ ſupremis Sacramentis armatus
miles moriens, illis hactenus nunquam vſus. Is

cùm ſe ad vicinam mortem apud hæreticum miniſtrum componeret, negauit ille obſtinatè, ſe illi militi ſua Sacramenta, id eſt, ſacrilegia, porrecturum, niſi etiam vxor militis à Pontificiis, vt vocant, partibus ad Lutherum tranſiret. Illa verò vbi præciſè ac rotundè id futurum negauit, ſublatum in humeros maritum Glogouiam deportauit: ac Noſtro euocato rem vti ſe habebat expoſuit. Ibi de opportunis corporis ac ſpiritus fomentis prouiſum ægro, qui Sacramentis procuratus, magnáque animi exultatione perfuſus, magno adſpectantium ſolatio ad æternæ pacis locum migrauit; non inglorio etiam funere tumulatus, cùm nobiliſſimas quaſque Matronas ad illud pietatis officium zelus fidei euocârit.

9. Kuttenbergæ S. Barbaram templi noſtri Præſtitem ſemper propitiam, experti ſumus in Sacramentorum frequentiâ auxiliariam. Huius beneficentiæ refert acceptam quædam matrona geminam animi & corporis ſoſpitatem. Etenim inteſtinâ dolorum diritate vexata, ad noſtram S. Barbaram à tribus leucis peregrinabunda veniebat ex voto. Vix promiſſum iter ingreſſæ dolorem omnē diſpulit Barbara benigniſſima ſoſpitatrix. Hîc ergo acceptis pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ Sacramentis, domum hilaris, noſtræ ſanctæ laudatrix reuertit. Eidem tutelari ſuæ debere ſe fatetur idem Collegium, quòd, adnitente ac magnâ id contentione perurgente Eccleſiaſte noſtro domeſtico, intra euolutum anni totius ſpatium, neminem con-

ſtet

ſtet ſine ſupremis migrantium præſidiis deceſſiſſe.

10. Commotouij, ad Sacramenti Euchariſtici maieſtatem & cultum altiùs in mortalium pectoribus defigendum, ab iſto eius feſto vſque ad octauum diem illius gloriam veſpertinâ exhortatione celebrauimus.

11. Glattouiæ mulier pertinacis, at per mendacem blandiloquentiam tecti odij rea, etiam ſupremo in morbo, viaticum quod Noſter afferebat, ſumere per tuſſim non potuit. Vbi verò illam necdum è cordis profundo ignouiſſe aduertit, agnouit cæleſtem filiorum panem rabidæ cani non dandum, & minaciter monuit, vt caueret iratum, quem accipere non poterat propitium. At poſtero die redintegratâ ſincerâ gratiæ reconciliatione, cæleſtem pacis fecialem IESVM iam non reluctantem facilè deglutiuit. Eodem veluti feciali Sacramentorum iure paſſim vbique alia quoque, & quidem funeſta etiam coniugum odia ſopita inter paria triginta ſeptem: & præter hæc alia plura, nullo certo numero relata in literis.

12. E quibus illud vtile ad terrorem iniiciendum pertinacibus. Gitcinij duæ fęminæ odiorum retinentiſſimæ, cùm admittere nollent ea, quæ pacis ſunt, adiecit poſt multa Noſter, cauerent implacabilem aduerſus pertinaces iras DEVM! Et verò illa, quę obſtinatiùs reſiſtebat, repentinò proſtrata, in morbo inopinanter illapſo, calamitati ſuæ, ac dęmum DEO victas manus dedit ad pacem, & meliùs quàm vixerat, requieuit in pace.

13. Crum-

13. Crumlouij, foràs progreſſo illius Collegij zelo, tantum effectum, vt inter quos robuſta iam opinio vſu firmata inualuerat, Sacramentis non niſi ſemel quotannis eſſe vtendum, ij conferto examine circa Noſtrum in ſacro tribunali ſedentem fuſi, illũ in multam noctem eo in labore tenuerint. Extremæ Vnctionis ignotum hactenus nomen, & nunquam viſa publica ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ad ægros deferendę conſuetudo, iam demum verſâ in venerationem nouitatis admiratione, ſunt introducta. Pragę, ac Litomericij quotidiana conſcienciæ indagatio eſt inducta; nobiliſſimum ad Sacramenta faciliùs ac ſanctiùs frequentanda inſtrumentum.

14 Niſſæ calamitoſa Magiæ contagio à paucis è Lutheri ſcholâ fęmellis inter fęminas longè ac latè peruaſerat: vnde cùm in gliſcens ferale malum ferro & igni graſſari non omitteret ſeuera & futuri prudens iuſtitia, vt ſupplicium Chriſtianè ferrent, diuinorum Sacramentorum præſidio eſt effectum. qui certè nec breuis & operoſus labor fuit: neque vllius conatu vel induſtriâ exhauriendus, niſi eius gratiâ præpotenti, cuius ſanguis in Sacramentis tantam è rebellium, ac pertinacium ſpirituum manibus prædam extorſit; & eas quæ ſine noxa ſe eſſe ſentiebant, ad arduam illam patientiam altiore manu compoſuit.

15. Brunæ mirabili DEI ductu ad nos penetrauit homo, cui veteratoriè illudens perſonatus miles dæmon, mirâ promiſſionum illecebrâ, & in-

iectâ

iectâ in ſaccum pecuniâ ab eo emerat, vt à Sacramentis anno ſeptimo iam abeſſet. Perſuaſa illi tandem non citra multum laborem ſudorémque confeſſio effecit, vt ille mundarum conſcientiarum oſor genius videri deſineret, hic verò tanti compendij plenam Sacramentorum frequentationem impensè ac tenerè adamaret.

16. Niſſę dæmonem in forma vermiculi clauſum in ligno à ſocio quidam acceperat, tanquam eum quo ad omnia quæ velit impetranda, vti poſſet. Hic vt ſcelus contegeret, timidus ne quà res vulgaretur, diu ac multùm deliteſcebat in templo, vt ſimulata religio ad ſecuritatem ſuſpicionis auertendæ poſſet eſſe obtentui. Neque rarò illi è voto ceſſêre quæ voluit. Sed breues & fucatæ ſunt inimicæ illæ amicitiæ. Nam ſeu neceſſitate, ſeu alieni libidine ad furta conuerſus, cùm eſſet in facinore deprehenſus, atque ad nos deductus, noſtro ſuaſu lignellum cum illo inferni vermiculo in flumen abiecit, & vitâ per generalem exomologeſim luſtratâ totum conſcientiæ vermem extinxit.

§. III.

BEATISSIMA VIRGO, eiúſque Sodales.

17. IN Miſſione Grupnenſi adſumus ad ſacra obſequia ſacrario MARIANO, tanto magis luculento populi emolumento, quanto erga illum ſe Virgo noſtra magis liberalem oſtendit. Illuſtris

Vir-

Virgo, cùm Virginis ſimulacro nouo in collo torquem circumponeret, accepit Viennâ nuntium ac literas, quibus impeditum quoddam operoſúmque ſuum negotium confectum proſperè nuntiabatur, nempe præmium ac donum à Matre Virgine.

18. Ibidem comitialem filij paruuli morbum, parentes, oblato Beatiſſimæ Virgini paruulo non alio curatum remedio dixêre, quàm quòd paruulum aquâ è Deiparæ templo manante abluerint.

19. Ob manifeſtam B. Virginis Foyenſis, quæ apud Iglauienſes noſtros colitur opem, quam quædam Virgo perſenſit in oculis, oculi argentei, elegans anathema, appenſi; vt alias lapillorum Foyenſium in variis vtilitates conſultò prætercam.

20. In Reſidentia Olberſtorfenſi viſum eſt alto Ribneri, vicini montis, iugo ſacellum Dei Matris imponere, ad fouendam experrectam aliàs omniũ erga Deiparam pietatis alacritatem. Id quod continuò inchoatum, & pronâ Chriſtianæ liberalitatis alacritate perfectum, in ipſa dedicationis die facilè tria vel quatuor hominum millia numerauit; maximè cùm iucunda loci amœnitas, & procul porrectus in Sileſiæ plana conſpectus, grato lenocinio ſuauitatem conciliet pietati.

21. Sed palmaris auguſtiſſimæ Dominæ gloria fuêre Sodales. Gitcinij gliſcere incipiente peſtilentiâ, Sodalis libellos Diuorum contra luem tutelarium ære ſuo typis edidit, & Sodalibus pro ſalutari amuleto diſtribuit.

22. Ibid, Sodalium item nonnemo munerales

puel-

puellæ procacis blanditias cachinno publico ex-
ploſas in ruborem dedit, dum collare ab illâ ſibi
miſſum, pignus aut illicium non caſtiſſimæ volun-
tatis, canis collo circumpoſuit, & canem ita con-
cinnè ornatum in plateas dimiſit, illa erubeſcente,
ſi quid frontis adhuc habuit, ad viſum, & conſciis
in fabulam productum, talem ſuæ petulantiæ pa-
ranymphum.

23. Glacij Sodalis præclaro animi propoſi-
torum retinentis, ac modeſtiæ argumento, ita ca-
ſtis oculis legem ac frænum impoſuit, vt toto anni
vnius ſpatio in templo ne ſemel quidem oculos ad
circumſpiciendum laxauerit.

24. Iglauiæ, quanti Sodalitij cætum vel vni-
cum non omittere ſit momenti, nobiliter oſtendit
Sodalis, qui maluit à ſuæ cognatæ nuptiis, quàm à
conſueto Sodalium conſortio vel ſemel abſtinere.
Ibidem Sodalium, eximiæ laudis commilitem, or-
dine modeſtæ pietatis pleno ſepelientium exem-
plo viſo, hæreticus ad Eccleſię gremium, in quo ta-
les viuerent, ſtatuit conuolare.

25. Niſſæ ſolidiora tam domeſticæ quàm pu-
blicæ meditamenta pietatis magnis auctibus cre-
ſcunt, & ne torpeſcant, Sodalium quidam Noſtros
quàm proximè imitari dum ſtudent, præter quoti-
dianam piæ lectionis conſuetudinem, firmo decre-
to ad Sacramenta ſe ituros toties conſtituere,
quoties id in Societate viderint factitatum: quò
MARIÆ Sodalitas Societatis IESV artibus, enitere-
tur ad virtutem.

26. In

26. In Glogouienſi Miſſione ſpectabilis fui magni Sodalis Comitis Georgij Opperſtorffij è vita diſceſſus. In teſtamento, vt alia præclara ſileantur, legauit ſupra quadraginta florenorum millia pietati. vbi Sodalitates, quarum in albo erat, florenos nongentos, ſeu aureos trecentos habuêre. Tum excluſo ſtrepitu omni, quaſdam, vt vocant, proteſtationes, expertam quandam rerum cæleſtium ſapientiam ſpirantes, fecit. A Sacramentis perceptis, omnes è variis B. Virginis Sodalitiis acceptas olim quot menſibus cælitum ſchedas, filo inſertas, collo, monilis inſtar, circumpoſuit; vt ſic torquatus ferret ſecum eorum nomina, ad quos ibat. Corpus lauari vetuit: verùm in rudi aſſere, lineâ veſte indutum, ſine tumbâ & pompâ, inter 4. faces à ſex pauperibus poſt crepuſculum in crypta humi defodi voluit, ac vndique terrâ inuolui. Supremo agone imminente, coram hærede filio, lectiſſima, quæ illi conſcripta relinquebat, monita legi iuſſit, quibus perlectis quartâ ferè horæ parte pòſt, animam egregiè vndique comparatam, in creditæ, ſperatæ, ac amatæ æternitatis complexu, depoſuit.

§. IV.

S. P. IGNATIVS.

27. PRęter triginta & ſex mortales, de quibus certus numerus perfertur, frequentiùs & pluribus allatum à S. P. Noſtro euidens opportunúmque auxilium. Crumlouij eius imago turbatis

atis duabus domibus arcíque illata, ex illis lemu-
es, ex hac formidabilem laruam, quæ per omnia
onclauia terrorem circumferebat, exegit. Suidni-
ij ab infeſto ſpectro nocturno duos coniuges li-
erauit.

28. Glogouiæ Ciuis, literis ac virtute præ-
tans, præcipuâ erga S. P. Noſtrum religione fere-
atur; neque diem vllum præterfluere ſinebat,
quin aliquid ex Ignatij vitâ perlegeret. Huic ex-
remo in morbo ſubiit dilecti ſui Sancti memoria.
Ergo ad eius effigiem proſtratus vnum hoc ac ſu-
remum flagitauit, quò ſibi in eo vitæ ac æternita-
is confinio per aliquem ex eius filiis liceret à pec-
atis abſolui. Mox proſtrato vires adeò rediêre, vt
die poſtero ad templum ipſe venerit, & ibi deſide-
io ſuo abundè fecerit ſatis. Additum verò à Deo,
qui & merita ſupplicum excedit, & vota, vt etiam
diutiùs incolumis eodem Sacramenti beneficio
frui poſſet.

29. Niſſæ Sacerdotem cuſtodiæ mancipatum
mportuna ſpectrorum manus diurnâ & nocturnâ
mportunitate vexabat, flagellabat, & è lectulo hu-
ni allidebat. At affixa portæ carceris intra cubicu-
um imago S. P. Ignatij lemures arcere adeò po-
tuit, vt ab ingreſſu, atque adeò à flagellis penitus
prohibuerit; quare totus vanæ illius ſine viribus
ræ tumultus, tantùm intra vacua terriculamenta
ſtetit.

30. Olomucij, præter alias, quibus à S. P. No-
ſtro ſubuentum eſt, puerperas, vna ab omnibus de-

plorata, gemellos facili partu edidit, poſteaquam S.P.Noſtro voti religione ſupplex promiſit, fore, vt per omnem vitam quotannis eius vigiliam ſeuero ieiunio, feſtum verò ipſum Sanctiſſimo Euchariſtiæ conuiuio celebraret. Accidit verò, vt illa non tam voti immemor, quàm imminentis feſti ignara per inconſiderantiam fuerit omiſſura id, quod promiſerat, niſi ſoſpitator Ignatius & feſtum eſſe in ianuis, & quid ipſa Deo promiſerit, illam per quietem nocte ante feſtum proximâ monuiſſet.

31. Admirabili Exercitiorum libello in Ignatiana veluti ſolitudine apud nos vſi quindecim, quos inter nonnulli primæ authoritatis. id quod etiã domi ſuæ illuſtriſſima quædam fæmina quantâ virtutis acceſſione fecerit, exemplis oſtendit. Scholæ noſtræ, præter eos, qui Societatem ſunt amplexi, diuerſis SS. Auguſtini, Franciſci, Dominici, Norberti, Brunonis, aliíſque Ordinibus dedêre iuuenes triginta: nam de monialibus, à piâ Noſtrorum inſtitutione cœnobia ingreſſis, nihil dico.

§. V.

DÆMONES, ET SVPERSTITIO profligata.

32. CÆleſtium colloquiorum fructus ad proximos ille fuit, vt familiari Noſtrorum comitate pellecti plures libellum repudij dæmoni dederint, in cuius amicitię iura per ſuperſtitioſas

char-

hartas tranſierant. Fuit, cui viarię ſecuritatis, ac
ropè Numinis loco fuerit per ſex ipſos annos,
cheda his verbis inſcripta: Quiſquis malè de me
el cogitat, vel iudicat, vel loquitur; fiat cæcus, ſur-
us, mutus. Addebat pro ſuperſtitionis condimen-
o ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem
ngelicam, ac Symbolum Apoſtolorum, denique
iam quandam precationem pro coronide. Verùm
le ſpes ſuas impias execratus paruit ſaniora con-
lia ſuggerenti.

33. Hyadiſtienſium opera in eo etiam palma-
s fuit, quòd chartam conſceleratę cum dæmone
actionis cuidam extorſerint; quæ liberaliter pro-
nittebat, fore, vt qui pacto ſtaret, vulnus inferre
oſſet, non item accipere. At enim qui artem didi-
ſſet, eueſtigio alteri cuipiam eiuſdem author &
nagiſter eſſe iubebatur, increſcente ſemper perni-
ie plurium, pluriúmque, in quos manabat pericu-
. Charta flammis, homo Deo aſſertus eſt.

34. In Miſſione Nachodienſi homo agricul-
or, cùm ſe ſuperatum rabiosè indignaretur in ri-
a, ipſum pro ſubſidio dæmonem furenter arceſſi-
it. qui vbi adfuit non impromptus, hominem va-
è ac horrendè in obſeſſi modum in aquas, ac pro-
è in mortem egit; diebúſque totis inſanâ intem-
erie ac æſtu furiatum, retinacula reuellentem, vin-
ulis omnibus fortiorem, terrore vbique didito va-
um circumtulit; dirum cladis à linguæ intempe-
antiâ illatæ documentum, donec aduocatus è No-
ris Pater; æſtum illum omnem aquâ luſtrali fu-

rioſo illi porrectâ leuauit, & à malo illo auxiliari
malè accito immunem reliquit.

§. VI.
DE CASTITATE.

35. PRæclaras etiam hoc anno habuit pud
citia vindices, & agoniſtas, cùm int
Sodales, vt diximus, tum aliàs. Plurimi ab id g
nus labyrintho extracti. Sed illud pudici ac fort
fuit ingenij vel maximè, quòd Kuttenbergæ dig
liliis immortalibus coronari Virgo, ne intacta
hactenus & carnem & mentem emollidæ fædita
proderet, ſimulato animi deliquio effecerit, vt le
ſollicitus, vt palpitantem ac ſeminecem frigidâ r
crearet, aquam perquiſiturus conclaui exierit; i
la verò interea per feneſtram generoſo ſaltu ſe d
orſum egerit per ſpatium viginti cubitorum :
hoc ingenio atque periculo, antiquorum pudic
tiæ exemplorum nobile auctarium facta, ſaltu p
diciſſimo puritatem ſuam ſecuritate donârit.

§. VII.
DE PVRGATORIO.

36. REginæ-Hradecij aliæ poſt alias naſcu
tur induſtriæ ad felices illas animas a
igneo Purgatorij exilio æternæ patriç aſſerendas.
lud optato laboris præmio non caruit, quòd me
ſe quouis & ſacrificium cum lugubri Symphoniâ
& cohortatio ſit habita ad luculentam opem p
illis

lis liberaliter corrogandam. Cui pietati Brunæ
matrona illuſtris duos aureos pendit quot menſi-
bus eleemoſynâ conſtanti, & piâ: Noſter item
quiſpiam ibidē eandem in rem deſtinauit ducentos
quinquaginta florenos ex hæreditate pendendos.

37. Brunâ Pater vnus cum ſocio ad ſacras o-
peras foras excurrerat, cùm in domo Curionis ante
annum iam vnum ac dimidium vitâ functi, dome-
ſticos tinnitus quidam totam domum peruagatus
conterruit. Sabbato Pater ab auditis in multam no-
ctem confeſſionibus redux, à nouo loci Parocho in
defuncti illius conclaue abducitur: & ſonus cre-
brior audiri cœptus. Patre autem pij Curionis ani-
mam leuamenti fortaſſe adhuc indigam opinante,
ſonus iterum circa Patrem increbuit cum omnium
admiratione. Quare Pater vnà cum ſocio ſe in lon-
gas pro illo preces, ac deinde quieti dedit, ſono il-
lo etiam ſenſim ceſſante. Poſtero, ſeu Dominico
die ineunte, matutinis adeſt experrectis Noſtris
tinnitus heſternus; atque is per feſta Paſchalia te-
nuit. Tandem tot ſigna dare iuſſus ſpiritus, quot
ſacrificiis egeret pro libertate, pulſu ab aliis longè
alio, eóque facillimè notabili, tria ſigna edidit: at-
que vbi Noſter pro illo ſacris eſt tertiùm operatus,
conquieuit.

§. VIII.

HOC ANNO VITA FVNCTI.

38. GLacij 23. Februarij *P. Andreas Metſch.* Hunc in Sueuia 1586. anno natum, no-

no ætatis anno ſacrum Chriſma in Sacramento
Confirmationis acceptū ab iis,quæ hactenus patie
batur ſpectrorum terriculamentis immunem fecit
Deinde anno 1603.auunculo Wratiſlauienſi Anti
ſtite, ac domeſticis nequicquam, etiam per verbe
ra, contranitentibus, Societatem ingreſſus, qua
draginta totos annos quæſtuoſæ animarum merca
turæ, præclaras eloquentię ſuę dotes impendit,
adeóque alienis commodis circumagere ſe nôrat
præſenti ad omnia, & occaſionum haud ſegni inge
nio, vt mirè præſtaret in arcanis hominum penitus
euoluendis, ac etiam ad inacceſſa inueniret acceſ
ſum; dum ſubdolum, & ſua obtegens hæreticorum
ingenium huic ſe candidè aperiret. Quo factum,
vt ſi rem in accuratiores commentarios referamus,
decies millenos & duos de viginti facilè reperias,
quos diuina bonitas huius operâ Catholicæ verita
ti volentes aſſeruit; Euangelij corrupti declama
tores nouem, centum ac nouem apoſtatas. Tanta
dicenti vis fuit, vt cùm aliquando de Sacramenti
Pœnitentię illæsâ & ſacroſanctâ integritate dice
ret, ſtatim viginti & vnus, aliàs verò in locis aliis
& aliis trecenti octoginta quinque dixerint, ſe ad
vitam confeſſione integrâ retexendam illius di
ctione permotos. Nec ſocordiùs res ab illo acta eſt
in religioſis adytis virorum atque virginum, qui
bus primæuum religioſioris vitæ ſpiritum per os
illius afflauit DEVS. Et poſtea modeſtâ gloriatio
ne triginta nouem virgines ac viduæ à P. Andreæ
ore, nutu, conſiliis ſe pependiſſe faſſæ ſunt, quæ
nuncu-

nuncupatum DEO puritatis votum ſeculari mundo tegebant abſconditum. Sodalitates MARIANAS octo erexit. Cùm aliàs, tum ſupremis vitæ annis, quando è conclaui prodibat per ambulacra, corollâ MARIANÂ manus & animum occupabat. Alienis in precibus tantum fiduciæ reponebat, vt quos in quotidianam & mutuam precandi pactionem collegerat, numerauerit facilè quadringentos. Habebat accuratione piiſſimâ collectas ephemerides gratiarum, ſeu beneficiorum, quibus memoriam & grati animi ſtudium paſceret ac ſtimularet. Eius charitati religioſus quidam Eccleſiaſtes gloriandum dixit elogium, cùm de illo ita pronuntiaret: Incomparabilis eſt charitas huius Patris. Adeò ſe impigrè verſabat ad officia omnia, omnis quæ corpora quæque animos ſubleuat charitatis, vt verè vtramq; charitatis veluti paginam partémque impleuerit, & ex aduerſariis illius manu notatis variâ plurimorum beneficentiâ corrogatam in egenos à ſe ſtipem ad nouies mille centum, & vnum ac ſeptuaginta florenos aſcendiſſe ſit compertum. Ipſe nempe erat verecundæ paupertatis aſylum, & ærarium egentium viduarum, ac paruulorum, religioſæ tamen paupertatis integritate ſemper illæſâ. Erat in illo domi quoque religioſus in colloquiis lepos magno diuitis memoriæ theſauro pretioſus; cùm è domeſticæ virtutis eruditione alta quædam Noſtrorum dicta, & facta depromeret, ac præteritorum temporum memoriâ præſentis tempeſtatis virtutem condiret atque accenderet. Glogouiæ

cùm Noſtris præeſſet, in eo, quod ad Prouincialem Congregationem habebat, itinere à Sueco milit interceptus, & breuì redemptus in Poloniâ poſte per ſeptennium hæſit felix exul, magno iſtic Germanorum aliorúmque emolumento. Inde redux anno 1651. 21. Februarij Glacij ad concionem vegetus dixit, & poſtero die illum apoplexia ſenſibus, ac vigeſimo tertio die poſtea mors è vita exemit; poſteaquam ad ſe tantiſper rediiſſet, quantum ſufficiebat, vt ſupremis Sacramentis iter vltimum adornaret. Atque ita vixit anno Profeſſionis ſolennis 29. vir integerrimus, noſtrorum Patrum Prouincialium calculo Eccleſiaſtes conſummatus & Apoſtolicus; quem etiam Sereniſſimus Carolus Wratiſlauienſis Epiſcopus in ſuorum Niſſenſium ſalute procurandâ manum ſuam dexteram vocitabat: Franciſcus verò Cardinalis à Dietrichſtein, fidum ſuum in fide per Morauiam proſeminanda adiutorem, & verum ſine dolo Iſraëlitam appellabat; factus ipſe aliquando P. Andreæ paruulos Brunæ Catecheſi inſtituentis collega, & præmiorum liberalis, ac pius diſtributor.

39. Commotouij *Caſpar Kober* Coadiutor. Vir qui rei domeſticæ ac Superioribus ſolatio, & diſciplinæ religioſæ ornamento fuit. Magna patientiæ imperterritæque prudentiæ dedit exempla, cùm ſolus Collegij cuſtos relictus inter hoſtes, omnes religioſiſſimi viri partes expleuit, quicquid hoſtes hæretici furerent, aut riderent.

40. Oppauiæ *P. Auguſtinus Copitius* 12. Martij, æta-

ætatis anno 41. Hic, domo Bohemus, etiamnum paruulus adeò ſuæ aliorúmque ſalutis ac Societatis amans fuit, vt nunc etiam plures olim illius inter ſtudia literarum commilites, illi magnâ ex parte acceptum referant beneficium religioſæ vocationis ſuæ. adeò iam tum ſuaui quodam hortatu valebat ad mentes pro arbitrio inclinandas, perpetuum poſtea ſpeculum promptæ ac modeſtæ vbique charitatis. Cùm ſibi extrema imminere aduerteret, geminam ad Academicas Pragæ Sodalitates epiſtolam dedit, cui ſpirans quidam æternitatis character inerat, & altæ ac ſolidæ cogitationes.

41. Commotouij 11. Iulij, ætatis 40. Soc. 17. *P. Alexander Bruſius*, gente Scotus, militari Suecici turbinis impetu in Bohemiam deportatus, militare cingulum, & paulò pòſt hæreſim exuit, ac animum ad ſtudia, deinde ad Societatem adiecit. in quâ votis quatuor illigatus, tum demum ſuauiore ſe lætitiæ ſenſu perfundi ſenſit, ſi quâ re ſe exuere, ac alienis vtilitatibus impendere poſſe videret. In Miſſione Caſtrenſi per plura famę vitæque pericula ſemper integer, ac patiendi ſciens. Alta illi animi DEO ſemper ac Superioribus obſequentiſſimi pax conſtitit, etiam inter acutos, quibus exercebatur, dolores. Vltimam illi manum hydrops & epilepſia iniecit, & crebrâ exomologeſi ſæpiùs expiatum extinxit.

42. Olomucij 4. Auguſti, ætatis anno 29. Soc. 14. *P. Raichardus Porſch*, Brunenſis, nobilis ingenij comitate atque capacitate ad ſpes magnas ſa-

ctus: magnus ac perpetuâ quæſitáque ſuî contemptione, inſignis ſuî victor. Totæ illius à morte opes fuêre, ſpiritualis libellus, ac attrita, & cruenta carnis affictandæ duo inſtrumenta, cilicium & flagellum.

43. Nouædomi 5. Auguſti. ætatis 32. Soc. 14 *P. Caſpar Amende*, Luſatius, facili ac generoſâ indole, quàm altam de ſe apud omnes expectationem concitauit, tam acerbâ morte defunctus eſt.

44. Auſchæ 9. Aug. *P. Andreas Stredonius*, Sileſius. Glattouiæ Collegium rexit, OEconomiæ Auſchenſi poſtea Præfectus: vir amœnitate morum, multâ in DEIparam religione, indefatigabili patientiâ & paupertate conſpicuus. Spolia quæ illo mortuo ſunt reperta, fuerê non niſi duæ de charta, nec pretioſæ icunculæ. Senatorum humeris elatus eſt.

45. Wartenbergæ 9. Auguſti. anno ætat. 55. Soc. 35. *P. Iulius Cæſar Coturius*, Bruxellenſis, præcipuis naturę dotibus, & infractâ inter aduerſas res in DEVM fiduciâ vir. Wratiſlauię Collegio cùm præeſſet, totas aliquando noctes erat pernoctans in oratione DEI, vt aſylum pro ſuis contra hæreticorum vndequaque imminentium technas & odia in adiutorio Altiſſimi reperiret. Si quid à magna DEI Matre flagrantiùs poſtulandum cenſeret, præter alias impetrandi artes, ternis quotidie coronis eidē recitatis, impendio agebat, vt fieret voti compos; aliàs etiam Sabbatinis, aliiſque ieiuniis illius nomini impenſè addictus. Ingenua illius mo-

deſtia,

leſtia; ſi quid eſſet, quod emendandum quiſpiam ſuggereret, non ſine amabili quodam innocentiæ candore agnoſcebat. Hemicranicus cùm eſſet, ac perſæpè acres etiam dolores calculi pateretur, ſemper dolorem vtrumque fortiter tulit, & faciendo flammarum expiantium compendio, DEO per pia miſſa ſuſpiria conſecrauit. IESVM paruulum cùm religione teneriore coleret, ſub natales ferias ad cunas paruuli, quas ipſe in cubiculo concinnabat, proſtratus, quotidie ſemihoram dabat paruulo variè adorando. Angeli tutelaris cultor eximius, illius pietati referebat acceptum, quòd cùm Nouædomenſi Collegio præeſſet Rector, in anguſtiſſima domi re, poſt fuſas preces, in pluteo, in quo ſæpiùs antehac & perquiſitè excuſſo, nihil tamen repererat, nummos aureos benè multos, eóſque quaſi recentes atque à prælo hodiernos, inuenerit. Glacij cùm fœda contagio funeribus omnia funeſtaret, animam pro fratribus ponere cupientiſſimus, totum ſe illis addixit; ſed laboribus, & mortalitati ſuperſtes relictus eſt. Exercitæ eloquentię, felicis ad carmina venæ, moralis & controuerſæ Theologiæ ad eminentiam vſque peritus plura ſcripſit, quorum quædam lucem adepta lucem pluribus ad fidem attulêre. Seminaria per annos plures, Collegia per annos octo feliciter gubernauit. Supremum vitæ annum inter tot morbos egit, vt longum ſit eorum vel nomina percenſere. Calculus perpetuus, & epilepſia crebrior, ſuprema exercitatiſſimæ illius patientiæ palęſtra fuit: quæ illi deni-

que,

que, accedente per vndeuiginti horas ſanguini profluuio, vitam hauſit.

46. Olomucij 24. Sept. anno ætat. 42. Soc. 21. *P. Ludouicus Clemius*, Thuringus, natiuæ comitatis & zeli flagrantis, dulcis denique in omnibus ſymmetrię gratiâ, nemini non acceptus. Morbi deterrimi ſæuitiem modeſtâ hilaritate abſcondebat, & nocturnis flagellationibus etiam adaugebat. Videtur ſumma patientiæ obtinuiſſe, adeò inter varia timoris & ſpei argumenta ſaluâ quiete ſemper ſibi conſtitit. Crumlouienſi peſtilentię ſe pro iis, qui cōtacti fuerant adiuuandis voluntariam victimam promptus obiecit; ſed incolumis à periculo eſt reuerſus. Cùm autem, vt omnem ſuam operā paruulis poſſet in omnem vitam addicere, impetraſſet, vnum illis erudiendis tantùm annum impendit, & morbo triduano vltra omnia remedia procedente, ad regnum humilium breui morte diſceſſit.

47. Iglauię 17. Decemb. anno æt. 36. Soc. 11. *P. Iacobus Altman*, Luſatius. hic vt proſtratam à Suecica tempeſtate rem domeſticam erigeret, plurimum laboris exhauſit, miro ſemper ſtudio paupertatis in ſeipſum ſeuerus, & in ſocium amantiſſimè liberalis, atque ad obedientiæ munia perattentus vſque ad mortem.

48. Pragæ 29. Decembr. anno Societatis 29. *P. Bernardus Oppel*, Morauus, auunculi ſui Præpoſiti permotus exemplo, & ipſe de Canonicorum Collegio ad Societatem venit, in ea 4. vota profeſſus. Cùm Philoſophię daret operam, quò animi ſui ze-

lo

o obſequeretur, à maioribus impetrauit, vt can-
lido, quo ſacri Eccleſiaſtæ vtuntur linteo amictus,
per plateas Pragenſes primus doctrinę ſacræ ele-
nenta doceret. id quod fecit tantâ populi atque
ideò Archiepiſcopi approbatione, vt in Bernar-
li gratiam aliquot millia libellorum ære ſuo im-
primi, atque illi dari Archiepiſcopus curauerit,
vt illis Catechiſmi ſtudia incitatiùs propagaret.
Magna illi templorum ornandorum cura, magna
dicendi gratia, magnus nec citra virium pericu-
lum exæſtuans ardor, magna in illuſtriſſimis capi-
tibus Eccleſię addicendis felicitas, etiam tum, quan-
do non citra fortunarum iacturam ſtetit, religio-
nem Catholicam induiſſe. Neo.Pragæ Rector ſuis
veſtibus aliorum indigentiæ prouidebat, cùm ali-
ter per domeſticam penuriam non liceret. Lue
neſcio quomodo correpto Collegio, vſque ad cali-
ces, Chriſto in ægris egeno, conflandos progreſſa
Bernardi charitas, verè ſe matrem vſque ad aras
amicam & liberalem oſtendit. Vnum do, è pluri-
bus diuinæ erga liberalem illius fiduciam proui-
dentiæ experimentis. Perſonæ ad vltima egeſta-
tis redactę ac opem imploranti, heroicâ in illis an-
guſtiis charitate, vltimum planè quod habebat ar-
genti dedit, decem nempe nummos argenteos, vl-
timum rei familiaris ſubſidium. At decem argen-
teorum erogatorum loco, in ſuo ſcriniolo, toti-
dem eiuſdem molis ac formæ aureos nummos re-
perit eodem in loco, vnde argenteos illos decem
exemerat, doni authore diu quæſito, nec reperto,
niſi

niſi Deo. Byzeznicenſi Collegio primus præera[t] Rector, cùm illum valetudinis causâ Pragę hoſpitem, è medio magnę, quæ de illo gliſcebat, expectationis dirus hydrops eripuit.

ANNVÆ PROVINCIÆ CAMPANIÆ

M. DC. LI.

Hoc anno 1651. hæc Prouincia domi complexa eſt capita 354 è quibus 206. Sacerdotes.

§. I.

DE MISSIONIBVS.

1. MVſſiponto excurſum foras & crebrò & procul, ac diuini verbi ſemente culti pagi 50. aut etiam 60. magno fructu, gratulatione populi magnâ, duobus quoque centurionibus ad Catholica Chriſti vexilla traductis.

2. Diuionenſes per Burgundiam latè operati dum animas quærerent, magno etiam ſubſidio fuêre corporibus, cùm effusâ Chriſtianæ beneficentię largitate, alij cum aliorum exemplis imitatione certarent, magno & dantium & accipientium, ac deniq; ſacrę noſtrę expeditionis, emolumento, & primâ laude D. Bochu, qui eſt ſenatus Regij pri-

mus

ius Præſes, & primus huius tam vtilis liberalitatis
exillum extulit, & exemplum.

3. Pię functus induſtrię Alexię præſertim e-
micuit, loco S. Regine Virg. & Mart. prodigiis ce-
brato. Illuc ingens peregrinabundi populi vis,
npudicas quoque proſtituti pudoris lupas, & va-
as nebulonum furtis ac rapto victitantium quiſ-
uilias pertrahebat; id, quod ab iis, qui arcere po-
erant, diſſimulanter negligebatur, quaſi tempore
m ſupra vires remedij ſtabilitum. Verùm felix
Noſtrorum ſolertia apud non ſurdas Magiſtratûs
ures tantum potuit, vt non ſolùm ij, qui horum
agitiorum rei eſſent comperti, verùm & ij, qui ta-
s domo acciperent, in fortunis & corpore plecte-
entur. id quod edicto in Alexiæ tabularium de-
oſito, & per Parœcias bis quot menſibus è ſug-
eſtu inter ſacra ſolennia promulgando ad auer-
uncanda illa pietatis dehoneſtamenta, conſtabi-
tum eſt.

§. II.

DE BEATISSIMA VIRGINE, & Sanctis.

4. MIlles Nanceij ſub ipſo mortis limine per
ſupplicium adeundæ, Catholicę veri-
tis lucem aſpexit. id quod ſe DEIparæ Virginis
pud DEVM precibus debere teſtatus eſt, vtpote
uam ſemper, quâ potuit religione, fuerit impensè
eneratus. Octo à Virginis Aſſumptæ feſto dies,

vo-

volente id populi pietate, à Noſtro concionibu
celebrati.

5. Nanceij Beatiſſimi Parentis Noſtri feſtum
cum pleno octo dierum circulo, precationes pub
licæ inſtitutæ celebrarunt. Ibidem noſtra in æde
abeunte Octobri, S. Ioſephi honori idem factum
vtrumque pietatis ac morum fruge inſigni.

6. In Collegio Barroducæo Sodalitium arti
ficum turpe adulteri Sodalis nomen ex albo ſu
eraſit, miſero illo, quòd iam omne frænum abieciſ
ſet, neque Sodales obiurgatores metueret, in ſi
num læto. At cùm illius vxorem breui extinctan
etiam concubinæ maritus morte properâ fuiſſet ſe
cutus, in ſuſpicionem porrecti veneni vocatus
reúſque peractus atque conuictus, vnà cum ſua il
la, ob quam è Sodalium conſortione pulſus eſt, in
fami ſupplicio addictus, tùm primùm, vnde quò
proruiſſet, agnouit.

§. III.

DE IIS QVI DIEM OBIERE.

7. REmis diem obiit 7. Kalend. Febr. *P. Seba-
ſtianus Beudotius*, Burgundus Caſtillio-
næus, ante 83. annos natus, ante 61. Romæ Socie-
tati, ante 41. quatuor votis addictus, quàm pauco-
rum verborum vir, tam multæ virtutis. Cùm erga
omnes eſſet manſuetiſſimus, in ſe perſeuerante
immitis fuit, quotidianâ in caducum etiam ætate
tam graui corpuſculum verberatione. In aula Lo-
tharin-

ıaringica per annos amplius 30. Sereniſſimarum
ɔnfeſſiones excepit, omnibus gratioſus, nullo
ımen aulæ puluere ſordidatus. Ingraueſcente in
ıortem lethargo, illâ potiſſimùm ſententiâ iden-
dem repetitâ petiit excitari: *Quid mihi eſt in ca-
; & à te quid volui ſuper terram?*

8. In Collegio Virdunenſi diuturnum & acer-
um morbum 5. Idus Sept. morte à multis deplo-
ıtâ finiuit *P. Ioannes Pariſot* anno 1649. 4. vota
rofeſſus, zelo magnus, at profundâ ſui demitten-
i contentione, ferè vſque ad Sacramenti nuncu-
ationem, omnino memorabilis. Sacramenti ſeu
otiùs decreti formula hæc erat, cui nomen ſan-
uine ſubſcripſit: Bone IESV Dux meus, humil-
me humilitatis Doctor & Profeſſor, exaudi me!
ı conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ elegi, atque ite-
ım eligo abiectus eſſe in domo tuâ, & ſanctiſſimâ
ocietate IESV toto vitæ meæ decurſu: & promit-
ɔ, me nunquam ab initâ ſanctæ humilitatis viâ de-
exurum. Ex intimo cordis affectu renuntio omni
ıblimi in eâ gradui, & dignitati cuilibet, paratus
ilia quæque obire munia: pueros in infimis Gram-
ıaticæ claſſibus, quantum per valetudinem lice-
it, docere: & quicquid contemptibilius eſt ho-
ıinum oculis, ad gloriam nominis tui aggredi, &
romptâ mentis alacritate, dum viuam, exequi. Ita
romitto, ita ſtatuo, atque ex animo deſidero.

Ioannes Pariſot Soc. IESV.

ıuenione 31. Martij anno 1644. ante celebratio-
em primæ miſſæ. Sic me Chriſtus Dux humilita-

tis adiuuet, & SS. Chriſti Mater MARIA, & Patroni mei SS. Ioſeph, & Ignatius Amen. Neque liberaliùs promiſit quàm fecerit.

9. Apud Catalaunenſes dum pro aliorum ſalute ſatageret, peſtilentis auræ afflatu conſumptus eſt *P. Cæſarius Piſo* ætatis 39. Societatis initæ 19. anno, nuper 4. vota profeſſus. Literis ſanguine exaratis teſtatus eſt adoleſcens, quantoperè Societatem ambiret, in quam allatæ innocentiæ decus ad finem vſque ſeruaſſe, non obſcuris argumentis affirmatur. In Philoſophiâ tertiùm explicatâ ingenium, in Miſſionibus vtilis & arduorum laborum plenus zelus, in Miniſtri officio materna charitas; in veſtibus omni operâ, quæ omnium eſſent abiectiſſimæ quæſitis, paupertas; in molli diuitum apparatu nauſeantis animi faſtidium; in ægrorum lue populari afflatorum conſtans ad mortem vſque labor & induſtria; in morte denique pietas eius admiranda eluxit. nam reliqua latiori de illo hiſtoriæ reſeruamus.

10. Remis exeunte Septembri obiit *P. Humbertus Mugnier* ab anno 1616. ætatis verò 17. in Societate verſatus cum exiſtimatione ingenij & virtutis. Mirè in aulâ in ſe acer, & cautus; mirè in auribus etiam Principum candidus ad veritatis integritatem ſine labe ſeruandam. Ad populum ita cum laude dixit, vt tamen quaſdam concionatorum delicias religiosè aſpernaretur. Senonenſe Collegium gubernanti mors in Prouinciali Congregatione diem ſupremum clauſit.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ CASTELLANÆ

Ab anno M. DC. LI. ad M. DC. LV.

E Sociis 550. Sacerdotes 253.

§. I.

DE IIS QVI AD FIDEM REDVCTI; & Sacramentis.

COmpoſtellanum Collegium peregrinos ad S. Iacobi ſepulchrum aduentantes, & ex iis etiam à fide Catholicâ alienos quoſdam, noli operæ pretio Sacramentis expiauit. Collegin quoque S. Sebaſtiani, tametſi perturbato r quorundam ſtudia rerum noſtrarum ſtatu, tan paſſum, quanta ſtrictim referri non poſſunt, m hiſtoriæ inſerenda, tamen ab agendi ardore remiſit. In parte operæ locauit quinque ab hæi abſolutos. Vidit, quæ ageremus, quæque ma bonę operę pretio pateremur, Anglus hæretis, & exclamauit: *Hæc Londini non fierent.* Noſtri men patientiæ retinentes, nihil à Chriſti modeà diſceſſêre.

2. Valliſoleti Sacramenta ita miniſtrantur pplicio morituris, vt ſupremo triduo, poſtremâ cte potiſſimùm, iis de Societate aliqui ſemper

adſint; ad eos modis quàm lectiſſimis ad extr
mum agonem comparandos. Ibidem in Miſſio
quadam fuit, quem inexpiata ab ipſis ſexaginta a
nis conſcientia importuno verme laniabat. S
mirabili diuinę patientiæ in ipſo lectulo mortu
vbertim lacrymans conſcientiam depoſuit, & e
pirauit. Non inferior victima obtigit Patrum cu
dam è Sanctandreano Collegio, qui fæminam
70. annis ab omni Sacramentorum vſu abhorre
tem, & ad nos pro conſilio accurrentem, recep
ſpe ſalutis reſpirantem, ac ſalutaribus monitis ob
dienter obſequentem, ad meliora traduxit. In Mi
ſionibus alibi 10, alibi 12. millia capitum expiata
Dicebat gratulabundus populus, quaquà irent
ſacram expeditionem Numantini Patres, ea lo
ab immani procellâ, turbine, grandine intacta ma
ſiſſe. Villagarciæ tyrones à Patre expertiſſimo Mi
ſionum, ad illas olim cum exquiſito fructu egr
giè obeundas inſtructi.

3. Apud Lucronienſes in aliquâ Miſſionu
illud accidit ex horrendo lætabile. Fæmina cù
caſtam viri cuiuſdam Matrimonio adſtricti volu
tatem, ad obſcœnas ſuas intemperias permoue
non poſſet, ad ſagam adiit, & cultrum iſtic a
magica defixum ſecum abſtulit, fœdo ingentiu
murium examine è terræ viſceribus ad ſagæ di
imperia erumpente, ac terris alitibus ipſam ſo
lucem tegentibus. Iam caſtus ille coniux magi
carmine ſe ad ea, quæ hactenus horrebat, inflam
matum perſentiſcere, furere, quaquauerſum ba

cha-

ıari. Verùm vt læna illa ſuis amoribus ſecurior
ɔtiretur, viro cultrum illum porrexit, in vxoris
ıput validè adigendum. Annuenti, & ſcelus ra-
.dè meditanti, domúmque reduci occurrit vxor
ınocens, ac rerum inconſcia, vrſæ ſimillima per
ıetamorphoſim ab illa venefica procuratam, &
ıbratum in caput à marito cultrum magicum dex-
·è declinat, eundémque è manu furentis extor-
uet. Tum ille ſibi redditus, ab œſtro impuro re-
nguit, vxorem veram, non iam vrſam vidit, cul-
·um in flammas abiecit. Fæmina quoque hacte-
us procax, & facti abundè pœnitens ad confeſſarij
x ordine Reliogioſorũ neſcio quo pedes ſupplex,
œnitentiam in deſperationem vertit, cùm ille ad
ouam facinoris diritatem tremens, ignarúſque
onſilij, opem illi omnem negauit; ſuaſit tamen
eſuitas vt adiret, conſilij & fortè etiam ſolatij ali-
uid acceptura. Terruit ea res fæminam, & per
ɔſos 15. annos in ſilentio deſperato attinuit ſemper
ttonitam, animíque ægerrimam: dum tandem ho-
ɔites, qui miſſionem fortè illac exercebant de So-
ıetate Patres vidit, & in ſpem exhilarata, conſilij
apeſſendi causâ illos acceſſit, hiſtoriam omnem
pertexuit: ac tandem vitæ omnis latebras,
& quicquid animum premeret,
ritè ac dolenter expia-
uit.

§. II.

BEATISSIMA DEIPARA, & Sodales.

4. IMmaculatum Conceptæ DEI Matris myſterium libellis anonymis & famoſis neſcio quorum operâ ſugillatum in maiorem vel e ipſo lucem Valliſoleti emicuit. Nam libellatica il la nomina publicum odium, & vindex magiſtra tuum cura ſubmouit, ac tenebris & dignâ obliuio ne damnauit. Increſcente deinde veluti antiperi ſtaſi, Regij Senatores retundendæ illi inuidiæ, oct dies integros celebrando perquiſitè illi myſteri deſtinauêre: atque in templo noſtro eiuſdem Im maculati tituli ſacellum erectum eſt, trophæum gloriæ MARIANæ.

5. Sodales, quibus hoc ipſum tituli decus in citamentum eſt ad virtutem, lauta meſſis ſunt re ligioſis ordinibus. E Bilbaenſibus Sodalibus de cem arctiorem ſalutis ſemitam iniêre.

§. III.

DE S. P. IGNATIO, B. BORGIA, P. Ludouico de Ponte.

6. S. P. Ignatij Exercitia in Collegio Salman ticenſi potiſſimùm veteris celebritati retinent famam, & rem famæ. Per quadrageſiman viginti è flore Academiæ adoleſcentes illa obeunt

ſin-

ingulis hebdomadis, maiore ſemper deſideran-
ium, quàm obtinentium numero. Eos inter cen-
entur etiam Academiæ, quos vocant, Proceres, ac
Doctores. Inde etiam diuerſis ordinibus religioſis
eritur, & metitur. Fuit ex his nonnemo à liberio-
e licentiâ factus frugi per has S. P. Ignatij cõmen-
ationes. Hic à mulierculâ hactenus non ignotâ, ſi
on ad flagitium, certè ad amicam viſitationem in-
itatus, vultu perſanctè ſeuero abnuens, & mor-
em obiiciens: Ecquid verò, inquit, ſi nobis hoc
pſum poſtremum ſit, quòd nos inuicem alloqua-
nur? Videtur diuinaſſe. Nam tertio pòſt die, vi-
æ vniuerſæ rationibus per Sacramentum vndequa-
que compoſitis, mortem meditari aggreſſus, mor-
o repentè correptus, & felici morte abreptus eſt.
uæ res fæminam quoque illam religioſo gynæceo
aud cunctanter addixit.

7. Annuente perlibenter Calaguritano Epi-
copo votum religiosè nuncupauit in Cantabria
Reſp. Ognatenſis ad S. P. Ignatij feſtum quotannis
elebratione publicâ honorandum.

8. In Regio Salmanticenſium Collegio SS.
Spiritus Sodalitas ex equitum nobilitate, ac ſimul
auperibus Ciuitatis coaluit, & B. Borgiam nobi-
em & pauperem pręcipua veneratione colendum,
nitâ inter Sodales pactione, delegit. Pauperes huic
lbo inſcripti, quot menſibus in templo noſtro
acramentis, & Chriſtianâ inſtitutione, ſtipe deni-
que recreantur ferè trecenti. Delecti ex equiti-
us duo ſtipe largiuntur; atque ad idem filios ſuos

inſtituunt, beneficentiâ ætatem in poſteros porre-
ctura. Nobilius eſt piæ huius equitum liberalita-
tis ipſo B. Borgiæ die, imò biduo toto, ſpectaculum
quippe tunc templum noſtrum ab vniuerſis vrbi
pauperibus frequentatum, egregiam Sodalium lar-
gitatem exemplo magnifico exhibet imitandam.
Nec eſt equitum Sodalium vllus, qui tunc 20. v
minimùm pauperibus è templo demum ſuam ab
ductis plus quàm conſuetâ aliàs eleemoſynâ non
opituletur.

9. Anno 1654. 9. Kal Nou. Rector Collegi
Ouetenſis ab acerrimo Stranguriæ cruciatu repen-
tè liberatum ſe teſtatus eſt, oſſe pollicis dextera
manûs B. Borgiæ exteriori tunicæ admoto, & ora-
tione de B. Borgia recitatâ. Singula particulatim
referre non lubet. Res certè meretur admiratio-
nem; eóque plus grati animi, quòd idem aliàs
quoque Beati eiuſdem ope ſit à morbo alio, eó-
que periculoſo, vindicatus.

10. Valliſoletanum S. Ambroſij Collegium
pergit ornare diuina bonitas celebri P. Ludoui
de Ponte memoriâ: cuius imagine ſe ſuprema iam
cogitantem à miſerabili iſchuriâ ſubitò liberatum
luculentè, medicis quoque rem ſtupentibus, teſta-
tus eſt. Ciuis inter primos clarus D. Ludouicus
Blanco. Modum exequi eſt muneris medicorum.

11. Ibidē, fæmina morti quàm difficillimo eí-
que quatriduano partui vicinior, iámque ſupremis
morientium officiis procurata; ſtatim ac amica
iuſſu, duæ lucernæ ad P. Ludouici de Ponte ſepul-

chrum

hrum à ſeruo ſunt accenſæ; eiuſdem amicæ hor-
atu, P. Ludouici reliquias venerata, & benè in DEO
er eius viri preces ſperare iuſſa, mortuum fætum
alua effudit. Idem beneficium experta eſt dicti
Ludouici Blanco vxor, quæ diu de vitâ, & partu
ericlitata ſalutarem nuper à marito imaginem pe-
iit, & paruulum in beneficij fidem etiamnum ſu-
perſtitem, faciliore quàm vllum aliàs hactenus fœ-
um partu, enixa eſt.

12. Sunt qui dicant ſe ſuauiſſimi odoris fra-
grantiam è P. Ludouici reliquiis erumpentem cer-
tis temporibus perſenſiſſe. Opem certè illarum,
ſeu DEI potiùs per eas operantis, expertum Coad-
iutorum quendam adeò eſt exploratum, vt fidem
non dubiam mereatur. Is anno 1652. tetro ma-
xillarium dentium dolore cruciatus eò erat addu-
ctus, vt nil cibi, nil ſomni, nil à dolore quietis cape-
re poſſet, atque ipſe ſpirantis halitus grauis eſſet.
Sanguis nec à vena, neque cucurbitis (niſi vncia v-
nica) educi poterat intus ſtagnans, & periculi non
mediocris index. Iam venam in pede tentandam
dicentibus medicis, Patrum quiſpiam ægro ſugge-
rit memoriam P. Ludouici de Ponte. Annuit ille
lubens, ac ſpei plenus, ſibi petit reliquias admo-
ueri. Admouit maxillæ, dicto priùs Euangelio, Pa-
ter reliquias Ludouici, & mirabili rerum commu-
tatione protinus valuit æger in ſomnum reſolutus.
Manè ſurrexit incolumis, & ad auguſtiſſimum Sa-
cramentum Euchariſtico epulo gratias DEO actu-
rus acceſſit, ad conſueta Coadiutorum officia re-

diit, neque deinceps malo illo tentatus eſt, gra
memoriâ veneratus diuinam beneficentiam in
Ludouici nomen adeò liberalem.

§. IV.

DE SOCIETATIS PERSECVTORE; & alio deſertore.

13. PRæter acerrimam, quæ in S. Sebaſtian. Collegium deſæuiit, tempeſtatem, etiam Taurenſes noſtri cumulatâ patientiæ meſſe exerciti; breuì equitem Societati perinſenſum, diuinâ ſeu prouidentiâ ſeu vindictâ emendatum vidêre. Nam in Sancti ſepulchri, vt vocant, templo ſubitaria illum apoplexia proſtrauit. Molliuit durum animum ille morbus, maximè iterum ac tertiò repetitus, ſed amicitiam à nobis petere potiùs, quàm nobis ex integro illam viciſſim dare coëgit; populo manifeſtè agnoſcente vindictam Dei. quæ illum plus vltra perſecuta, rem illi familiarem afflixit, greges exitio mulctauit, domum ruinâ quaſſauit. Ceſſit exaggeratis his diuinæ iræ ſignificationibus tandem ille: ac expiato apud Noſtrum vniuerſæ ſuæ vitæ tempore, iam animo corporéque valentior, noſtris & concionibus, & conſiliis alias quàm hactenus aures præbet.

14. Magis tetrum id, quod ſequitur ad terrorem, ſed non ſine miſerationis diuinæ miſturâ eſt deſertoris exemplum Numantiæ. Coadiutor, actis in Societate annis quatuor, libertatis factus aman-

tior,

ior, diſciplinæ tædio ad obedientiam refractario-
us, à primâ illâ contentione in lentitudinem reci-
derat, & quaſi referbuerat. Nec aliud remedium
reperiebatur, quàm vt ita tepidum Societas foras
euomeret. Hic anno 1654. (id eſt, intra biennij
ferè interuallum, ex quo à Societate diſceſſit) cùm
eam quam peſſimè deperibat mulierculam, ſine
corriuali amare vellet, alium quempiam, quem
ſuum in ea fœditate æmulum arbitrabatur, ad ſin-
gulare certamen prouocauit; & vanam in ſuſpi-
cionem ſe vocari dicentem, diúque nequicquam
inuitum perpulit, vt prodiret. Is prouocatorem
hunc ſuum, amoris impuri, ac temerarij odij flagi-
tio infamem, lethali vulnere in palæſtra profliga-
uit. Pepercit tamen iacenti, & ſupplici, ne in æter-
num exitium, addito alio vulnere eueſtigiò trude-
retur. Quin & petenti (neque citra ſui capitis pe-
riculum) ſacerdotem acciuit: cui peccata confeſ-
ſus deſertor impurus, intra dimidiatum horæ ſpa-
tium, puriorem, vt ſpes eſt, animam exhalauit,
exitu tamen illo, qui meritò ſufficiat ad terren-
dum.

§. V.

INDVSTRIÆ.

15. INduſtriæ miſſionum Nouitiis datæ, vt
retuli. & prætereà in Methymnenſi qua-
dam miſſione, confeſſio menſtrua, contritionis
actus palàm in templo feſtis diebus à populo re-
pe-

petendus, & alia ſalutariter inſtituta. Pro moribundis illud velut lege vſúque ſancitum, vt quilibet quotidie pro illis aliquid pij operis deſtinaret.

16. Compoſtellę per Quadrageſimam ſub noctē Crucifixi effigies inter lampades per præcipua vrbis compita circumferri cœpta, quam pij aliqui ſequebantur, cum Patre breuia eáque inflammata quædam verba identidem iaciente. Vbi populi corona viſa eſt frequentior, Patrum vnus de genibus, quantâ potuit vocis contentione, verba actum contritionis exprimentia proclamabat, populo mirum in modum incitato. id quod perſpicuè patuit è generalibus confeſſionibus, quas executi ſunt plures cùm ibi, tum in non vnâ circùm procurſione, illo pietatis ingenio, & induſtriæ nouitate permoti.

§. VI.

DE IIS QVI DIEM OBIERE.

17. VAlliſoleti Collegium Rectore ſuo orbatum eſt, *P. Franciſco de Lugo*, Ioannis Cardinalis germano, quem literæ, tanquam eius Collegij ornamentum, vitæ innoxiæ candore, integritate morum, egregio in tantâ ſcientiâ modeſtiæ exemplo, ſcriptis denique libris inclytum non ex vano commendant. Ante hunc obiit *P. Ioannes Baptiſta Ximenez* Theologiæ morum magiſtræ ſcientiâ eximiè clarus; & perpetuâ cum DEO conſuetudine vir probatiſſimæ pietatis.

18. Amiſit & Pampelonenſe Collegium *P. Igna-*

gnatium de Cuaſti, prudentiâ, pietate, rerum expe-
ientiâ, dextrâ in arduis ad reſpondendum ſapien-
iâ, profundâ ſuî demiſſione longè ac latè notum.
Habebat ſe vilis inſtar vermiculi: culpæ omnis o-
ſor accuratiſſimus, aduertebat, ne vel perpaululùm
à recto declinaret. quare ſi quid in ſe videret, into-
leranter id ferre dum elueret, idcircò quotidianam
animi pœnitentiâ perpurgandi conſuetudinem piè
inuiolatéque ſeruabat. id quod illi ſub mortem fuit
ſuauiſſimæ voluptati. Suprema illi ac perpetua fuit
vox illa vitæ iam actæ index; quâ exaggeratâ quan-
dam totius ſuæ voluntatis cum diuinâ conſenſio-
nem teſtatus, aiebat ſe id ſemper ac vnicè velle,
quod vellet DEVS.

19. Legionenſi Collegio erepti, *P. Emmanuel de Chauos*, ætate quadragenario maior, virtutum ac ſcientiæ dotibus, multáque ſuauitatis gratiâ nauus & ſapiens conſiliarius animarum. *P. Ildefonſus Cabello*, ſexagenario maior, in prouehendam Societatis exiſtimationem, ad ornandum quod erexerat Deiparæ Sodalitium, ad animas omnibus, quæ Societatem decent officiis inexuperabili contentione proſequendas, præclarè per ipſos 45. annos, quibus nobiſcum vixit, intentus. *P. Franciſcus Camacho*, ineunte anno 1655. immaturum diem obiit, annis vix denis in Societate, duobus ac tricenis in vita exactis. Acquieſcebat lætus in diuinæ ſinu prouidentiæ, cuius nutu breuì iacturâ vitæ mortalis emeret immortalitatem. Mira illi in iuuentute inſtruendâ aſſiduitas, & patientia; virtutis verò

exem-

exemplum imitatione digniſſimum; cùm ad omne religioſæ diſciplinæ apices perquiſitè ſe ſe componeret, ſtatam orandi horam in templo flexis genibus exequeretur, ad omnem animorum & corporum ægrorum adiuuandorum occaſionem promptus aduolaret; Deiparæ Matri ſe in victimam daret, ſub eius feſta potiſſimùm, ieiuniis, ſex aſperis ciliciis, & ſomni breuitate in ſeipſum aſperior. Nam tres quot hebdomadis noctes ducebat inſomnes; nec ſomnum capturus veſtes exuebat. Denique tota hominis compoſitio, & ex occulto emicans virtus, gratiſſimáque hilaritas, perpetua deinde dilecti ſui B. Aloyſij imitatio (in cuius Octauâ ſe aliquid ſemper beneficij accepiſſe aiebat) pulchrã quandam reuerentiam conciliabant ſanctitati.

20. Deſideratus etiam è Collegio Numantino eſt anno 1651. Sabbato Sancto *P. Michaël de Tribaren*, anno ætatis 79. Societ. 56. profeſſus 4. vot. 37. quotidianâ conſcientiæ exomologeſi expiatus. Philoſophiam, & de moribus Theologiam docuerat, magni habitus in conſiliis conſcientiæ. Nullum domeſticæ diſciplinæ punctum vllo ætatis tam caducæ obtentu præteriit. Ad SS. Sacramentum adibat frequens indulgentiis lucrifaciendis auidè intentus, & mortis apparitioni, atq; Deiparæ Matris feſtis etiam per ieiunia religioſè colendis. Ibidẽ per hoſce annos obiit *P. Dominicus à Comez*, plus quàm ſeptuagenarius ætate, virtute non minor. Magnæ illi ab extrariis factæ exequiæ. per ipſos 30. ferè annos paruulis in infimo Rudimentorum pul-

uere

ere erudiendis operam voluntariam dedit, dictus
lectus Deo & hominibus.

21. In Sanctandreano Collegio *P. Ioannes de Montalbo* magnum ſuî deſiderium reliquit, mortis
ccaſione à contagio acceptâ, dum ægris ope omni
ccurreret. E Collegio Montfortenſi ſublatus
orte *P. Philippus de Foro*, 4. vota profeſſus, pru-
entiâ, & doctâ pietate laudatus.

22. Prid. Idus Febr. anno 1655. Bilbaenſe
ollegium cum cæleſti, vt ſperare par eſt, commu-
uit *P. Ioannes à Salcedo*, & ipſe profeſſus, è vitæ
nnis 87. per 67. in Societate magnâ virtutis laude
erſatus. Totus erat in P. Ludouici de Ponte le-
endo, ac imitando. Regiæ familiæ Confeſſarius
um eſſet, ſpecioſum id exilium eſſe aiebat: nul-
o die lætior quàm quo inde exiuit, ſine vlla ſecu-
ris fumi notâ. In aulâ inuiolatè religioſus ad ſin-
ula, in rectione primùm ſpiritui, tum rei fami-
ari attentus; & quàm inuitus tam inſignitè bo-
us Rector. Amicorum beneuolentiâ non ſibi ſed
ollegio ſeruiebat, magnificè de Collegio, tem-
lóque commeritus. Ante matutinam orationem
quotidie, etiam in ſenectâ vltimâ, flagris acci-
iebat acerrimè. Scintillas in meditatione hau-
as toto die ſæpiùs animo, ac veſperi nouâ ite-
um horæ vnius meditatione verſabat. Mortuo,
ertiò celebritate publicâ parentatum.

23. Ibidem deceſſit *Martinus Sopettus*, Co-
diutor, ætatis anno 83. Soc. 63. communem Co-
diutorum, quæ in orando & laborando ferè ver-

ti-

titur, ſupergreſſus tantâ paſſim opinione virtuti vt aliquid ſuæ pietati ex eius rebus dari plures p tierint, nil tamen repertum eſt præter veſtem l çeram, vnam in chartâ S. P. Ignatij imaginem ac flagellum, quo in ſe quotidie ad vltimum vſqu morbum deſæuiebat.

24. Taurenſi Domui ſurreptus *P. Ioannes Die de Isla*, graui iacturâ miſſionis, cui præeerat nom ne celebri apud omnes, ob raras dotes ab ingenio & facilitate morum, pietatéque tenerâ. 4. in Societate vota profeſſus, nomen illud cum dignitate ſuſtinebat. Funus à Clero, & PP. Auguſtinianis ac Dominicanis magnâ voluntate celebratum.

ANNVÆ PROVINCIÆ FLANDRO-BELGICÆ M. DC. LI.

PRouincia Flandro-Belgica hoc anno 1651. in Domo profeſſa & Reſidentia vna, Collegiiſque ſeptendecim, ac miſſionibus cenſuit vniuersè ſocios ſeptingentos quinquaginta uatuor, ſparſis per terras & maria, domi & belli periis.

§. I.

REI CATHOLICÆ PROPAGATIO.

1. PRæter eos, qui nullo certo numero ſunt adſcripti, hoc anno ab hæreſi reſipuêre uadringenti, & viginti quinque. Cuius numeri artem potiorem faciunt miſſiones fœcundæ laboris ac fructus. Minimè ſterili tamen etiam in hoc perâ Collegiorum, cùm ſingula ſuam ſymbolam ontulerint; Louanij vndenis, Dunkerkæ vicenis, ntuerpiæ viginti duobus Eccleſiæ ſanctitati aſſeris, Amſtelodami inter 44. trium Patrum iſtic ſatarentium ſtudio conuerſos fuit iuuenis duodeuigini annos natus, ab vrbe laureâ pateráque argenteâ, Sueciæ verò Regina torque aureo propter eximiam in Poëſi venæ ac ingenij felicitatem donatus.

2. Heiſtrechti viro Catholico, qui ſeculu integrum viuendo exceſſerat, ſub mortem adfı Noſter, & ſuauiſſimâ in DEO gloriatione dicente audiuit, ſe omnibus Hollandiæ ſectis ac errorib ætate maiorem, ante illas vixiſſe, atque ab illis i corruptam fidem gloriando DEI munere ſeruaſſe. Mori verò in actione gratiarum, & gaudio, quò eandem caſtiſſimæ fidei veritatem in quarta po ſe generatione relinqueret.

3. Hardewicæ de quinque reuerſis ad Eccle ſiam vna aliqua à malo genio diu multúmque d uexata, cùm conciones hæreticas è neſcio cuius conſilio in mali funeſti remedium frequentaret, ne que leuamentum in ſceleſto illo conſilio inueni ret, apud Noſtrum fidem Catholicam profeſſa, ex piatis ritè peccatis in cæleſti pane dulcem ab illa turbulenti vexatoris diritate quietem inuênit.

4. Harlingæ vna inter alias reſipuit Moniali cum quadragenario filio, quem in immundâ hæ reſi ſacrilega mater pepererat. Veræ in Zelandia miniſter Scotorum, vir cæteroquin famâ, natali bus, & doctrinâ inter ſuos præſtabilis, graui morbo proſtratus, Noſtrum per literas euocauit: qui cùm aduolaſſet, virum extrema patientem, neque ſen ſuum iam compotem reperit. Verùm cùm palàm illum reſipuiſſe ac Patrem poſtulaſſe conſtaret, ex piatum, & Vnctione supremâ communitum, cælo, vt ſperare licet, aſſeruit.

5. Oudentongæ mulier ſeptuagenaria, inde ab adoleſcentulâ Eccleſiæ nuntium remiſerat; ſed

Vir-

irginem Deiparam nunquam à ſe deſertam aie-
at. Cuius etiam incredibili pietati debetur, quòd
xtremam ætatem in Eccleſiæ amplexu finierit.

6. Eiuſdem cæleſtis Virginis beneficio, Oude-
atriæ, virgo nobilis tribus ſtipata comitibus er-
ores impios deteſtata, narrabat ſe cùm importu-
ì miniſtri hæretici cohortatione ab iis, quæ à No-
ro audierat, abduci non poſſet, ab illo immodicè
ccenſo diris omnibus deuotam; verùm cùm ille
ribundâ execratione imprecatoria verba profer-
t, diceretque, vt ſi Catholica viuere animo pe-
tùs decreuiſſet, iret, ac vitam nullâ ſuî parte fe-
cem, verùm ſemper infauſtam, & diris malis cu-
ulatam infelix vbique degeret, repentinò per-
lſum, & morbo correptum, lectóque illatum
euì diem vltimum finiuiſſe. Quocirca ſuam ſe
lutem Deo debere, qui illam cohortantis noſtri
tris voce inchoauerit, & hac improuisò ſublati
ſſuaſoris morte promouerit. Quæ omnia ſe vel
reiurando teſtari paratam affirmat.

7. Rotterodami familiæ nobilioris quàm vi-
vir, ex India redux, vbi ſub ordinum confœde-
torum ſignis ſtipendia meruerat; in pœnam ſce-
rũ, vt erat opinio, ſpectris infernalibus agitatus,
mulieris Æthiopicæ imprimis ſpecie à genio
ocaciſſimo ad nefanda ſuccubæ commercia pel-
ctus, ab illa ſe non priùs potuit expedire, quàm
Catholica Sacramenta velut ad æternitatis aſy-
m confugeret, atque vniuerſæ vitæ conſcientiam

apud Noſtrum ſincerè tam ſectæ quàm vitæ ſuæ
rores deteſtatus deponeret.

8. Maritum hæreticum vxor Catholica A
tuerpiam adduxerat Harlemio, eâ ſpe vt iſtic m
tis oculos ad fidem aperiret. Neque defuit vot
uentus. ad meliorem autem mentem noſtræ fi
capeſſendę hoc inſuper ſtimulum illi adiecit, qu
tres continuâ ſerie liberi ab hæretico miniſtro
ptizati vitam priùs quàm vitæ annum tertium
pleuiſſent: quarta verò proles, quam vxor Cat
lica à ſuæ fidei Sacerdote curauerat ſacro fonte
ſtrari, ſuperſtes annum iam vndecimum attigiſ

9. Apud Bruxellenſes Georgius Chriſtia
Haſſiæ Landgrauius in domeſtico noſtro ſace
Catholicum Sacramentum dixit. Vidêre iid
Bruxellenſes Ducem Wirtenbergicum à Noſ
conuerſum, primò ibidem ſacræ menſæ accumb
tem.

10. Louanij amabilis diuinæ benignitatis p
uidentia eluxit in ſalute vnius miro compendio,
que in ipsâ iam acie nouaculæ procurandâ. Itab
Noſter ad pagum, vt in eo Collegij prædium
prædabundo milite tutaretur. Cui venienti C
liarcha Lutheranum militem à ſignis profugum
iam vicinæ morti accinctum offert, vt, ſi quid p
ſit, illum ab errore ac æternâ morte auertat. St
bat reus iam pro more vinctus ad ſcopum, & ci
cum corona ſociorum commilitonum cum ſclo
è diſciplina militari ad mortem commiliti iamia
inferendam intentorum. Quare properè hortat

homi-

minem Noſter,vt vel nunc,dum adhuc tempus
eue eſt, falſam cum verâ Religionem commutet,
ici ac æterno vitæ compendio. Paulùm ille cun-
tus,quòd putaret ſuam cuique religionem ſuffi-
re ad ſalutem, illum errorem dedoctus, admiſit
nſilium, mutauit mentem, hæreſin & peccata
nfeſſione depoſuit, & ſe ſupplicio ac feliciori
ernitati ſtitit Catholicum.

11. Gandaui ſignifer bello captus, rationi-
is, & operibus charitatis in carcere ad Catholi-
m lucem perductus, illam poſtea liber quoque
tinuit. Ibidem gemmarius, cùm ingentis pretij
amantem venalem circumferret, à Noſtro moni-
s, nobilioris longè pretij adamantem, nempe a-
mam, vt curæ haberet, ſe paſſus inſtrui haud gra-
tè, lubens tranſiit in agnitam veritatem, & pec-
ta dolenter confeſſus eidem eſt, perfuſus ma-
â vi lacrymarum.

12. Iam verò Beatiſſimæ Matris Deiparæ glo-
æ debetur anima præclari miſſilium ignium arti-
cis, Dunkerkæ gemino erepta exitio. Concepe-
nt ignem elaborati ab ipſo pyroboli, iámque ſo-
os duos ſemineces ad terram dederant. Ille eo-
em igne periculóque circumdatus, hæreticus li-
èt, capto in arena conſilio, Deiparæ, de quâ tanta
udierat, opem implorat. Et ecce, quod ipſe atto-
itus poſtea retulit, hinc atque inde pyroboli in-
lire in dorſum, manus faciémque citra pericu-
m amburere, neque plus damni inferre, vbi ille
ertum exitium expectabat. Statim ergo atque ſe

defunctum periculo lætus vidit, ad ſacerdotem n
ſtrum hilarè aduolauit, narratáque cæleſtis Virg
nis benignitate, mox hæreſi eiuratâ, Eccleſiæ
adiunxit omnia vitæ omnis peccata confeſſus,
inſtaurato per Catholicum ritum hæretico Matr
monio totus iam ex aſſe filius Eccleſiæ Catholicæ
ac Virginis, cuius ope hac via viam ad cælum ve
cam reperiſſet.

§ II.

EXEMPLA LIBIDINI profligatæ.

13. CONciones, colloquia, Catechiſmi plu
ribus præclara longiſſimæ, fœdiſſima
que libidinis vincendæ adiumenta fuêre in loc
variis, poſt longas viginti, ac etiam triginta anno
rum ſordes, cum horrendâ Matrimonij, & ſæp
etiam Sacramentorum Pœnitentiæ ac Euchariſtiæ
iniuriâ, in ſexu vtroque. Fæmina non vna cùm ſ
acceptis à Patre ſpirituali conſiliis, diu contra le
nonem nefarium caſtiſſimè tueretur, neque tamen
ille ceſſaret, ſtricto ferro ſcelus in odium, & fugam
conuertit. Idem fecit Antuerpiæ iuuenis miles, a
caſtus. Mulieri à primâ ætate ad 50. vſque annum
Sacramentis illudenti, ſempérque in fœcundis non
ſemel adulteriis volutatæ, in vna Catechiſtæ de il-
lo vitio verba facientis dictione illuxit, & horren-
das tenebras fugauit DEVS.

14. Sed illud ſuper alia & humanæ malitiæ, &
bo-

onitatis diuinæ, mirabile viſum eſt argumentum. uellam à pluribus contaminatam, demum à paente ipſo grauidam eò præcipitârat conſcelerata eſperatio, vt conceptam à parente prolem extinueret, matri verò mortem ſæpiùs in veneno mieret, tremendum Euchariſtiæ Sacramentum ex re ſacrilego extractum in cœnum non ſemel abiieret, Deo ac Deiparâ eiuratâ ſe dæmoni deuotam xarato ſanguine chirographo teſtaretur, eâ conitione adiectâ, vt ſexennio ſanæ, ac tranquillæ ſibi iuere liceret. Depoſuerat illa ſuper menſam nendæ pactionis chirographum, & auferri viderat cultâ, ſed citra dubitationem dæmonis in paum vocati manu. At verò tranquillitatem adeò ullam reperit, vt paucis menſibus euolutis, funem ollo iniecerit, Deo ſemper vt ne ſe ſtrangularet rohibente, ac miſeram illam tandem ad Sacerdoem noſtrum ſanioris conſilij capeſſendi gratiâ diigente. Ergo adfuit; ſed ita perculſa, vt Pater faılè atrox quiddam turbatæ inſidere aduerterit; nec iſi tertio poſtea die, vehementi æternitatis menione iniectâ, perpulerit, vt virus omne euomeret. nfremuit ad hæc pactionis chirograhum non ſenel oſtentans, & minaciter, ac deſperanter multa actans infamis genius: verùm puella contra ſpetrorum vim omnem intrepida, pergit ſereniorem onſcientiam ſancta diuinorum Sacramentorum rebritate aſſiduè confirmare, ac ſe ſe attonitam & gementem in diuina inexhauſtæ miſerationis abyſſo abſcondere.

§. III.

CONCORDIÆ TVENDÆ, AC reducendæ prouiſum.

15. ANtuerpiæ maritus è bello poſt longai plurium annorum abſentiam redux cùm vxorem ſuam quæreret, fortè in Noſtrum in cidit, eíque vitæ ſuæ rationes exponit. Iam vxo ante octo & amplius annos alij nupſerat, bona fi de rata famam de mariti morte vera dixiſſe. Res e rat ardua, & cùm alter etiam miles eſſet, facilè ii cædes eruptura. Noſter tamen vtrinque rem cun bono Deo ita dextrè peregit, vt venienti marito le gitimo alter cederet, multâ non pacis tantùm, ſed amicitiæ quoque ſignificatione. Atque hîc an teuênit rixas induſtria tempeſtiua: Alibi verò re ſtituit:

16. Nam Antuerpiæ inter patremfamilias & duos filios eouſq; iam increuerat inteſtina diſcordia, vt filiorum alter Patrem ad pugnam excîret. Noſter tumultui interueniens omnes blandâ oratione eouſque permouit, vt filij toti ruerent in Patris offenſi amplexum: qui præ gaudio illacrymans, vtriuſque fronti crucis & pacis ſignum impreſſit: móxque omnes ad Sacerdotis noſtri pedes aduoluti benedici ſibi ab eo petiêre. iterúmque redintegratis amplexibus, perpetuæ, vt vocant, amniſtiæ fidem generali noxarum expiatione firmauêre. Alibi fratrum, ſororum, coniugum odia conſopita.

17. Tametſi

17. Tametſi verò non ſemper è voto ceſſerit
acificationis interponendæ conſilium, tamen ma-
no id exemplo Bruxellis adiuuit DEVS. Inter
uas de plebe mulierculas rixis coortis, præte-
iens fortè Noſter, eam in qua non nihil pudoris
ræ alterâ videbat, acceſſit; & modeſtiâ illius col-
audatâ, hortatus eandem eſt ad modeſtum Chri-
ti inter probra tacentis exemplo ſilentium. Paruit
lla conſilio, laude illâ etiam delinita: ſed proca-
em alterius linguam ipſum huius ſilentium ex-
lcerauit in rabiem. quare ſilenti peſtem, & quic-
uid dirarum linguæ intemperantia ſuggerebat,
mprecata, incidit in foueam quam fecit; quando
nox ipſa peſte correpta biduo pòſt ſine vllo Sa-
ramentorum præſidio, animam rabidam egit in-
elix.

§. IV.

DESPERANTES ERECTI.

18. BRuxellis duo, qui ſcelerum patratorum colluuie veneno iam empto, & morte diluere feſtinabant, ſpei compotes facti; & non vi-
am, ſed ſcelera odiſſe docti acquieuêre. idem Dun-
kerkæ pluribus eſt perſuaſum.

19. Antuerpiæ quidam cuius anima ſuſpen-
dium necdum licèt planè elegerat, ſed eò tamen
deſperationis iam proruerat, vt illi laqueus collo,
ſi adeſſet, iniiciendus veniret in mentem turbi-
dam, & deliberabundam. Nullus quidem tunc ad

manum erat laqueus: at, illo ſine dubitatione au
thore, qui eam illi mentem iniecerat, ecce, repen
tinò ad lecti ſpondam ſcitè contextum è byſſo la
queum videt, vt byſſinâ nempe ſtrangulatione ſu
ſpendioſum dæmoni anathema pretioſiùs pendu
lum interiret. Conſternatus eſt ad promptum mor
tis turpiſſimæ inſtrumentum? & ſeipſum introſpe-
xit altiùs atque agnouit atrocis cogitationis im-
mane periculum: móxque illam confeſſione, ac
fuſis vbertim lacrymis apud nos expiauit.

§. V.

BEATISSIMA DEIPARA, & Sancti alij.

20. Antuerpiæ celeberrima Præſentationis MARIANæ ſolennitas per totos octo dies continuos celebrata illos fecit magnâ pietate ac pompâ illuſtres, & inter præcipua huius anni decora numerandos. Syluaducis, chara olim vrbs Virginis, à tertiæ probationis Patribus Lyrâ excurrentibus ſub ipſas in cælum Aſſumptæ DEI Matris ferias in loco vrbi vicino incredibili turbæ à leucis pluribus confluentis frequentiâ, & cæleſtium rerum fame ac ſiti, nec fructu minore adiuta. Certè nemo illum quà Patrum flagrantiſſimè ſatagentium, quà populi vndequaque confluentis ardorem particulatim introſpexerit, qui non intimè commoueatur Syluaducenſis Virginis olim memor, vbi ſteterunt pedes eius.

21. Id

21. Id quod ſequitur, ad S. Thereſiam Socie-
atis fauere conatibus necdum oblitam, referen-
lum. Ad Bruxellas puellam natalibus opibúſque
ollentem, & proci plures ad nuptias expetebant,
ξ iniectus animo cæleſtis igniculus ad S. Thereſiæ
œnobium inuitabat. Cùm vndique acriùs vrge-
etur, & æſtu vario fluctuaret, ac Bruxellis abeſſet
liei vnius interuallo, per familiarem ſibi quan-
lam, ſui conſilij rationes, & dubitationum ambi-
ua noſtro cuidam Patri aperuit, conſilium parata
apeſſere. Is datis ad illam literis, réque ad æter-
as rationes expensâ, illi, vt inter Angelicæ Virgi-
is Thereſiæ filias, IESVM Sponſum, ac immorta-
es diuitias atque delicias in dotem eligeret, ſuaſit.
nterea verò dum tabellarius cymbâ vectus literas
efert, ſancta Thereſia ſe in viſu quietis nocturnæ
idendam puellæ conſilium à Patre cum literis ex-
ectanti dedit, literas manu præferens, & delibera-
undæ ac ſollicitæ legendas tradens. Puella exper-
ecta, quid vidiſſet mente retractat; & ecce Bru-
ellis literas Patris accipit, & ſolido ac immortali
onſilio ſponſum omnium optimum ſuggerenti,
ſtimulante quoque pulcherrimâ noctis imagine,
lubens volénſque hilarè obtemperat, vincula di-
rumpit, & de laqueo venantium erepta, eò ſe ab-
dit, quò vocabatur à cælo, futura ipſa deinceps
Thereſiæ filia, luculentis opibus ad fundandum
nouum eiuſdem cœnobium, vnà ſecum ad ſpon-
ſum veluti pro dote allatis.

22. Matres inter pariendum, expertam ſæpè
ab

ab aliis opem hoc anno ſensêre plures, in ipſo vel Baptiſmi, vel vitæ in naſcentibus pendendæ periculo. Caſleti vna altero iam die hærente partu, cruciatu & fœtu ſoluta eſt, vt primùm attigit porrectam ſibi piè inuocati S. P. Noſtri imaginem.

23. Ibidem auditis S. P. Xauerij admirandis mulier vltimum in diſcrimen adducta diro gutturis cruciatu, cereum Sancto vouit, & eodem temporis puncto, à dolore omni ſe liberam planéque ſanam ſenſit.

§. VI.

VARIA.

24. DVnkerkani, etiam in illis belli ærumnis, & ſolitudine, numerant centũ & quinquaginta de totâ vitâ à ſe auditos. Sacras S.P. Noſtri commentationes Bruxellis octo, Mechliniæ totidem obiêre. Belliolani agri ferro & peſte vaſtati miſerrima facies, tantùm Societati laborum ac ærumnarum ſuppeditauit, vt ſupra fidem eſſe ſcribant, qui adfuêre, narrare quæ geſta ſunt. Idem Ipris ac Bergis in funeſta morbi exitialis graſſatione geſtum. In Caſtris quotidiana ſeges eſt, vbi ſemper eſt quod euellas. Hoc anno in abſtergendâ potiſſimùm variâ militarium linguarum ſcabie magno cum emolumento laboratum. Ternis plerumque quotidie cohortationibus adiectæ, vel æquè vtiles, vel etiam vtiliores concionibus Catecheſes concurſu maximo, etiam hæreticæ concionis, qui

mo-

modeſtâ & ſuaui Noſtrorum comitate ſe allici fatebantur. Taceo ſacrilegia vetuſto iam annoſa ſilentio, cùm in ea, quæ de S. Maria Magdalena diuinæ miſericordiæ diuitias extollebat concione, tum aliàs, mox ad Sacerdotis pedes abiecta. Palàm proclamauit quidam ſe à morbo ſuo longo & pertinaci, non alio alexipharmaco, quàm Sacramento pœnitentiæ perſanatum.

25. Cùm hæc propter officia miles noſtros Patres æſtimatione ac amore miro complexus ferret in oculis, tum vtrumque maximè auxêre pericula; in quibus intrepidam veræ fidelitatis ſanctitatem laudabant, amabántque in Noſtris. Do vnum ex aliis. Traiecerat hoſtis fluuium, cuius interiectu à noſtro milite arcebatur; & irruerat in militem nullo vallo tectum. Hîc Noſtri in maiore diſcrimine impendiò magis ſe ſe militi immiſcentes, ac officio ſuo agendo impensè intenti ſatagebant, æquè atque vitæ ſecuriſſimi periculum non viderent, vel timere neſcirent. quæ res didito poſtea per caſtra ioco eſt cum gloria celebrata, cùm dicerent Patres ad ſecuritatis aſylum amuletorum quidpiam circumferre, quibus tecti nec mori poſſent, nec lædi.

§. VII.

HOC ANNO IN HAC PROVINCIA vitâ conceſsêre.

26. LOuanij præter duos alios Adiutores, *Iaco-*

Iacobus Vanden Steen, eiuſdem ſortis adiutor 66 annos natus: quos omnes arduo labore ac vari egregiè impleuit, multa itinera pedes emenſus; ſomno breui ac duro, fame ac frigore, patientiâ, induſtriáque inſignis. Mirabili erga DEVM & Sacerdotes reuerentiâ ferebatur. Cùm domi eſſet, vnâ ferè ante alios horâ ſomnum abrumpebat, quò ſe DEO liberaliùs inter orandum, ante alios & cum aliis poſſet impendere.

27. Hallis *Franciſcus Pœlenborch*, ianitor, Mechliniæ *Ioannes de Neue* Coadiutores, vterque paſſim ab externis Sancti nuncupatione laudatus. Et Ioannes quidem per annos 39. manuducendis tyronibus diligentiſſimo exactæ ad clepſydram accurationis exemplo valdè idoneus. Is erat orantis vultus, vt ſæpè ſibi vel vnico illius aſpectu faces ad pietatē ſubditas ingenuè ſit faſſus vnus Mechlinienſium Senatorum. Nunquam, ne quidem iam ſeptuagenariâ ſenectute grauis, vltra conſtitutam omnibus horam ſomnum produxit. Perturbationum & ſuarum & alienarum facilis moderator, atque tranquillus: & obediendi cæcitate in pictoris etiam arte, quam callebat, eximiè illuſtris. Mortem dolorum & patientiæ plenam, placido fine concluſit eâdem, vt obſeruatum eſt, horâ, quâ Beatiſſimæ Matri recitatâ quotidie coronâ illam ſupplex precari conſueuerat, vt perſeueranter in Societate atque feliciter expiraret.

28. Leodij menſe Martio *Dionyſius Paludanus*, Antuerpiæ in Ianuario *Franciſcus Pongino*, vterque

ue Scholaſticus; ille inuictæ inter acerrimos cal-
uli dolores quietis, hic attentæ cum ſummo ad
arendum ſolatio obedientiæ nomine laude di-
nus.

29. Brugis *P. Bartholomæum Meſdach*, & Caſleti *P. Henricum Vanden Stock* febris extinxit: trumque iuuenem, & hunc quidem Indias deſide-io amplexum, quas in agro Caſletano haud ſegnis biuit.

30. Senior his Ipris obiit *P. Carolus Beaurin*, lim apud Belliolanos Rector, miſſionibus cele-ratus. Morbum & mortem hauſit in valetudina-io Iprenſi: vbi per quinquennium trecentis non-unquam ægris in magno ſquallore decumbenti-us vnus ipſe fidelis excubitor, conſolatórque ſer-iuit.

31. Gandenſes item duos miſſionibus incly-os extulerunt, *P. Carolum Taelmans*, & *Petrum Hauſſce*. Ille è mercatore Societati ſe ad animarum ucra ita dedit, vt in variis miſſionibus per ipſos riginta annos aſſiduo labore, ac vtilitate anima-um verſatus, putetur illarum causâ pedeſtri itine-e, ſupra decem millia milliarium cōfeciſſe. Patrem etrum verò aſſidua in diuinis attentio, magna gra- erga omnes ac demiſſi animi ſignificatio amabi-em reddidêre. Quo virtute non inferior deceſſit yræ *P. Theophilus Diericx*, poſt ſeptem annos Hollandicæ miſſionis, epilepſiâ correptus, pòſt a-oplexiâ extinctus.

32. Antuerpiæ finem laborum reperit quiete

feli-

felici *P. Ioannes Steenvvyck*, Societati anno 160
adſcriptus, quatuor vota profeſſus, atque id n
men ingenio, magníſque per miſſiones laborib
exantlatis egregiè tuitus. Ab hæreticis vinctus
proſcriptus, tertiò ſe lue contactis ad obſequia d
dicauit, eodem malo, & propè morte afflatus
Quartanâ laborans per annos quatuordecim, ſch
las nullo die omiſit, dum doceret; poſteà ver
conſuetis Societatis muniis ita ſe dedit, atque ſi in
tegrâ valetudine vteretur.

33. Bruxella trium Sacerdotum duxit fune
ra. Primum, *P. Adriani Crommij*, Orſchoti in
lucem editi anno 1591. Societatem ingreſſi 1609
profeſſi 4. vota 1626. Linguas Latinam, Græ
cam, Hebræam præclarè calluit, docuítque; Ara
bicam & Syriacam delibauit. Philoſophiam, Theo
logiam, ſacras literas profeſſus, præfuit ſtudiis pe
annos 15. In conſcientiæ dubitationibus expedien
dis, felix & clarus apud varios Religioſos ordine
magnâ famâ fuit. Vir latiſſimè porrectæ charitatis
atque modeſtiæ. Obedientię tam promptę, vt pe
annos octo ac viginti Louanij commoratus, & ver
bo vno aliò migrare iuſſus, nulla contradicenti
etiam tacitè animi ſignificatione, facilitate admi-
rabili ſtatim paruerit. Orationem, quę mente, quæ-
que ore perficitur, poſitis humi ſuppliciter geni-
bus exequebatur. Apoplexia tactus, cùm loqui non
poſſet, ſiniſtrâ, quâ ſolâ valebat, manu apprehen-
ſam Seruatoris effigiem oſculis & ſuſpiriis vene-
ratus, magno collacrymantium qui expirantem
circum

rcumfundebant ſenſu, piam animam reddidit.

34. Indidem euocatus ad cælum eſt *P. Mi-aël Griſius* ſpectatę in dicendo eruditionis & ar-oris vir. Quotidianas per Quadrageſimæ ferias onciones habuit per annos viginti duos, & qui-em nonnunquam etiam podagrâ, & aliâ ægritu-ne impeditus. Ad ſacrum tribunal modis, quibus oterat, adrepebat; iis, qui monebant, ne quid ni-is ageret, reſponſo reddito: In Societate labo-ndum eſſe vſque ad defatigationem. Sic feſſus quieuit in pace 7. Iulij anno ætatis 57. Societatis itæ 37. cum 4. profeſſorum vota anno 1632. nun-ipaſſet.

35. Tertius ibidem vitam poſuit in Nouem-i *P. Robertus de la Planche* ab anno 1636. 4. vo-s obſtrictus, cordatiſſimus magnæ DEIparę Ec-eſiaſtes, cuius Præſentatæ feſto per octo dies Bru-s glorioſâ cum pompâ celebrandæ author fuit; ratus pro Virgine quiduis laboris & ardui peri-li exantlare. Iauriam Friſiæ incredibili propè npigritate excoluit. Conſtat eum aliquando no-urnos Catholicorum cœtus, duodecim continua-s noctibus piè ac ſanctè celebraſſe vſque dum vi-s corporis, animi magnitudini ſuccumberent, nſibus debilitate ſopitis.

36. Eiuſdem Iaurię Apoſtolatu defunctus eſt, *Daniel Stullius* Cortracenus, ætatis 42. Sacerdo-j nonniſi ſeptem annos complexus, nuper 4. vo-profeſſus, & illi miſſioni voto ſingulari deuo-s. Hic licèt ferreo contra herniam cinctu gra-

uis, longa tamen, & luto atque aquis impedita itinera exhauriebat pedes, totas ſæpè noctes du cebat inſomnes, vt aliis adeſſet, labore tanto do mi & foris, vt prouerbio diceretur, ne equum qu dem tam robuſtum reperiendum, qui tantis la boribus par eſſe poſſit. Crebrum, & pulcherr mum illi fuit calcar illa vox, in quam identide prorumpebat: *Bono animo eſto, Daniel! benè tibi rit!* Vt interquieſceret, vt ſibi tantiſper parcere vrgentibus, reſpondebat: Illa magna gloria la bore paruo non emitur. In ſe diuerberando ade creber, & immiſericors, vt ſanguine aſperſi pa rietes, & veſtes etiam extimę cruentum colore imbiberint. Vino nunquam vſus, niſi hoſpites adueniſſent, quos charitas recrearet. Stomac planè cum animo conſentanei & fortis. id, quo ibi oſtendit, quando ſanctiſſimam Euchariſtiam a ægro ſquallido & nauſeante vomitu eiectam, ipſ cum omni illâ eluuie auidus hauſit. Morbum, ſe minarium ſuæ mortis accepit, cùm ægro cuida de ſe malè merito eò ardentiùs & prolixiùs ſe impenderet. Lacrymas ciebat adſtantibus, cù humi pauperum more mori peteret, cùm ſynaxi pro viatico acciperet, cùm ſe deſidię acerbiſſim accuſaret, diceretque illi ſuî deſpicientiæ ac diui nę glorię quicquid adhuc virium ſupereſſet con ſecrandum. Ita illum anima nullo vnquam gra uioris noxæ inquinamento ſordidata (id quo ſanctè fatetur, qui eum telam totius vitæ confeſ ſione accuratâ retexentem audiuit) deſeruit. a

cer-

erbo planè luctu vitam ſuam commutare cum
lius morte cupientium, ac virum ſingultu pro-
xo laudantium, ſiue cùm conderetur, ſiue cùm
xequiali panegyri celebraretur.

37. Par huic habetur iactura, quâ Hollandicæ
neæ ſubtractus eſt moriens *P. Iacobus Sluyskens*,
r, cuius præclara decora magni ſunt inſtar ex-
mpli, quæ adhuc expectamus. Aiunt Catholici,
pro re compertâ citra tergiuerſationem faten-
r hæretici, exitiale futurum fuiſſe Amisfurtia-
e turris à fulmine accenſæ incendium, niſi in-
mmâ omnium conſternatione, cùm neque con-
lium, neque aqua illi ſufficeret, porrecta à P.
cobo aqua benedicta illud ita ſtitiſſet, vt qua-
cunque faber, qui rem ex alto agebat, aquâ iſtâ
ignem aſpergeret, ne fumo quidem poſt
ſe relicto, flamma omnis guttis
illis abſorpta ceſſa-
ret.

ANNVÆ PROVINCI
FRANCIÆ

M. DC. LI.

NVmerati ſunt ſocij hoc anno hac
Prouincia ſexcenti nonaginta qu
tuor, è quibus quadringenti ſepte
Sacerdotes.

§. I.

FVNDATIO, ET BENIGNITA
Regiæ Maieſtatis.

1. PLacuit hoc anno Chriſtianiſſimo Re Fundatoris Collegij Alenconienſis n men titulúmque aſſumere, quòd noſter cenſus f rè omnis regium beneficium ſit; & ipſe maior ſperare nos iubeat. Quare datis ampliſſimis liter redituum annuorum ſecuritati conſuluit, & ali adiecit, cum omni fundationum regiarum priuil gio; alente quoque hanc ſpem Reginâ Matre, cùm diceret, exigua eſſe iſta præ iis, quæ acceptu ſumus, vbi ſecura pax atque tranquillitas illuxeri Pariſiis quoque Rex & Regina noſtræ tragœdi adfuêre; id quod nulli hactenus Gymnaſio pu tant in Gallia, ex omni memoria contigiſſe.

§. II.

AD FIDEM REDVCTI.

2. AB hæreſi ad fidem Catholicæ veritatis reducti paſſim viginti: in miſſione Ca-
denſi Nouæ Franciæ, primo Sacramento expia-
quadringenta capita Ethnicorum.

§. III.

DE SANCTORVM VENERATIONE.

3. AD extendendum SS. Angelorum cul-
tum, in Reſid. Deppenſi S. Angeli Cu-
dis Sodalitas in primariâ vrbis parœciâ inſtitu-
, quàm inuitis primùm, tam volentibus poſtea
qui à nouâ hac obſcurationem aliquam antiquis
dalitatibus metuebant. Magnæ in vita & morte
portunitates experimento perſpectæ album So-
lium auxêre, ac effecêre, vt hæc erga perpetuum
ſtrum comitem Angelum pietas flagrantiori-
s ſtudiis effloreſcat.

4. S. P. Ignatij meditationibus ſpiritum re-
urarunt in Pariſienſi tironum domo 16. ſecula-
. Ab Alenconienſibus item eodem à libello e-
ditæ ſanctimoniales, ingenti numero, vt ſcribunt
, nec minore fructu. Idem Sanctus, fæminam ob
minum febris ac partûs periculum à medicis de-
utam, vnà cum prole in ſpem ac ſoſpitatem re-
uit.

5. At de Ignatianæ & Xauerianæ noſtræ apu
Rhedonenſes baſilicæ inauguratione ipſorum,q
coràm adfuêre, teſtificationem afferamus. Baſilic
noſtræ, cæterarum in Armorica longè elegantiſſi
mæ, tandem manus extrema eſt Auguſto exeunt
impoſita. A Rhedonenſi Epiſcopo Henrico de
Mothe-Houdancourt, tertiâ Sept. quæ in Dom
nicam incidit, conſecratio de more, réſque d
uina ſolenni ritu primùm facta: & è vetere ſace
lo elatum publicâ ſupplicatione auguſtiſſimum
Chriſti Corpus. Inſtratis ad pompam vicis, præ
bant ſuis quique ordinibus, vexillis, tubis, litui
que modulatè concrepantibus, quadringenti fe
adoleſcentes, pluribus flos è millibus delibatu
alij paſtoritio, militari alij, alij Angelico habit
variiſque pietatis inſignibus conſpicui. Subibar
Noſtri lineis omnes ſupparis ac cereis inſtruct
quorum poſtremi duo amplum ex argento Di
Ignatij reliquiarum ferculum humeris geſtabant.
Tum adlecti Sacerdotes; & Eccleſiæ Metropolit
næ Canonicorum Collegium. Præcinentibus d
nique muſicis, laqueato obtectus tentoriolo Ant
ſtes Sanctiſſimam Euchariſtiam deferebat; hære
te proximè vrbanorum ſolenni togâ magiſtratuu
ordine, viris in ciuitate templi huius fundatric
primatibus: aliis innumeris vel ponè ſequentibu
vel in genua corruentibus: exploſis muralibus to
mentis. Veſperi demum ſymphoniacis concentib
Pſalmi, feſtíque appetente nocte ignes in temp
noſtri turribus excitati, piam omnium lætitiam a

au-

ıxêre; variâ etiam Scholarum, & plenâ ingenij
:atulatione, quam eloquentię Profeſſor clauſit,
ıando in publico omnium Ordinum conſeſſu
hedonenſibus de cælo, ac vrbe immortaliter
ómeritis oratione Latinâ Panegyricâ gratias egit.

§. IV.

DEFVNCTORVM NOMINA, & elogia.

6. COadiutorum temporalium numerum hoc anno imminuit mors plurium: quoım elogium ferè eſt ſolers, & pia induſtria, quieım & laboris ac ſilentij amans ingenium. Potiſſiıům laudati tres diem vltimum obiêre. Rhedoniıus 23. Ianuarij *Ludouicus Bourgoin* 74. annos atus operæ & laboris, ſupra quàm dici queat, paıens; rerum diuinarum auidus, ac peritus, vultu emper quieto & alacri, ac ſpiritu ardente ad morem vſq; exquiſitè diligens. Horologio domeſtico er plures annos citra querelam, imò cum laude antâ præfuit, vt noſtrum, aliorum horologiorum xemplar haberetur. Molinis 2. April. anno æt. 71. *Guilielmus Petrus*. de quo particulatim referre ſinıula, quæ feruntur, non vacat. Temporis pretium, acendi, orandi, ac tanta perquiſitè peragendi ſoertiam, commodorum corporis contemptum, & quicquid in Coadiutore laudes, id ego in Petro reıério, vel ex eo capite ſingularia omnia, quòd in vıo cumulo tot, atque tam varia. Vnde ſupra com-

munem cæterorum eius ſortis fratrum vitam ex-
celluiſſe eſt creditus. Denique *Iacobus Becheri*
20. Septembris in inſulâ S. Chriſtophori in Ameri-
câ diem ſupremum inuênit ætatis anno 59. vir Pa-
tribus in illa expeditione verſantibus multifaria
vtilis, ad omnia diligenter & ſtudiosè attentus.

7. E Scholaſticis necdum initiatis obiêre
Bartholomæus Maſſets Flexiæ 19. April. phthiſi
Molinis autem *Ioannes de la Foſſe* 3. Octobris, &
hic tabe conſumptus ac febri; vtriuſque mores a
ingenium læta nobis omnia promittebant, quæ ta-
men mors abrupit.

8. Maior Patrum iactura & numero & viro-
rum, qui cecidêre occaſu. Ex his 30. Ianuarij obiit
in itinere maritimo in Americam *P. Erhardus Bille*
4. vot. prof. æt. anno 60. Soc. 41. vir lectionis ma-
gnæ ac ingenio & eruditione præſtans, futurus Bi-
bliothecæ inſtar in arduis illis miſſionibus; quam
ille Prouinciam, id ætatis vir, fortiter lubentérque
ſuſcepit.

9. In inſula S. Chriſtophori 10. Febr. *P. Vin-
centius Amyot* 4. vot. prof. æt. anno 38. Soc. 22. pie-
tate, comitate, variâ eruditione, ac magnâ morum
innocentiâ, & rerum ſpiritualium notitiâ, futurus
is qui ſperabatur, niſi breuì poſteaquam appulit,
poſt nauatam ægris operam, illum etiam ægritudo
& mors pia, ſed acerba tuliſſet.

10. Aprilis nono die Cadomi occubuit *P. Pe-
trus Choenart* 80. annos natus, religioſæ ſuauitatis,
grauitatis, aſſiduæ cum pœnitentibus induſtriæ,
lau-

ıde magni Confeſſarij nomen indeptus. Cadomi
. ipſos annos verſatus, magnum optimi Operarij
emplum, per carceres, & xenodochia circum-
lit.

11. Septimo Maij Augenſe Collegium extu-
P. Stephanum Bonualot; hic in Lugdunenſi Pro-
ncia ob ægritudinem è tirocinio dimiſſus, vbi va-
it, inter PP. Congregationis Oratorij 12. annos
udatè poſuit. Ad Societatem redux, miſſioni-
ıs, concionibus, & aliis, operam ſuam nauiter
rtitérque probauit.

12. Pariſiis *P. Nicolaus Cauſſin*, Trecenſis, 2.
lij pretioſam cælo animam dedit anno ætat. 69.
ociet. 45. olim Ludouici XIII. Regis Chriſtianiſ-
mi confeſſarius; Deo, ac veritati fidelis & pru-
ens. Calamo erudito, ſuaui, ſancto, Latinè &
allicè, Concionibus per annos plurimos celebra-
ſſimis, caſtâ item quadam dicendi ſuauitate ac
i, morum, quietis ac ſtudij amantium modera-
one, optimos quoſque in admirationem ſuî tra-
t. Aduerſa non minori fortitudinis ac intentæ
ı Dei oculum voluntatis laude tulit, quàm pro-
pera modeſtè tulerat. Adeò denique agendo ac
icendo, inter optimates, ac inferioris fortunæ
nortales Devm inſinuare, atque animos poſſidere
ſt viſus, vt putârint nonnulli vix alium eſſe, qui
Cauſinum in hoc genere laudis exæquet.

13. Smyrnæ in Oriente 14. Iulij laborare ac
iuere deſiit *P. Guilielmus Truel*, ætatis año 34. Soc.
7. piis moribus & quietis, è tertio Probationis

anno Smyrnam impetrauit , miſſione illâ brei
perfunctus.

14. Pariſiis 7. Octobr. magno luctu comple
ratus eſt, & non lacrymis tantùm, ſed & panegy
ricis ac typo celebratus *P. Iacobus Sirmondus*, æ
anno 93. Societatis initæ 78. eruditione magnâ,
etiam ex eo capite felici, quòd illam ſtylo poſteri
tati mandauerit, quódque præclaros Reipublic
diſcipulos dederit. Romæ cùm per annos 14. Clau
dio Aquauiuæ ab epiſtolis eſſet, otio quod ſuper
erat non abuſus, Bibliothecæ vaticanæ theſauro
auidus euoluit, à Cardinale Baronio non ſemel ac
curatè laudatus. Sano ſemper ac viuido, & fœ
cundo ad extremam vſque ſenectutem ingenio
Iam 80. annos natus Ludouico XIII. Regi à con
feſſionibus fuit. Romam ab Vrbano VIII. Pont. vo
catus, non ire maluit, vt lateret, obtentu ætatis in
excuſationem allatæ. Mira in illo puerilis propè
ſimplicitatis cum canâ illâ & doctâ grauitate con-
ſenſio; attenta, & nuditatis omnis impatiens pu-
dicitia; profunda, nec tetrica, ſed amica demiſſio
animi ab inflante ſcientiâ nihil paſſi.

15. Nouember 3. & 23. die duos abſtulit Am-
biani *P. Chriſtophorum Ludel*, caduco morbo re-
pentinæ morti obnoxium, eóque ſemper illi in-
tentum, & magnâ patientiâ ſe parantem, ac re-
pentinò ſublatum. In Collegio autem Rhotoma-
genſi *P. Ioannem du Four* 62. annos natum, 4. vo-
ta profeſſum. Hic poſt habitas per Aduentum &
Quadrageſimam annis pluribus conciones, 12. po-
ſtre-

remos vitæ annos articulari morbo, & paralyſi
l patientiæ coronam eruditus migrauit.

16. Ex Naxo inſula fertur hoc etiam an-
o diem ſupremum obiiſſe *P. Franciſcus Albertus*
allus, Matiſconenſis literaturæ ac virtutis excul-
vir, & orientalium linguarum apprimè peri-
us: eáque propter de plurimis præclarè meritus.
myrna peſte afflicta illius charitatem luculenter
xperta ſuſpexit. Eadem eius nauitas in Naxo in-
ula eluxit, vbi epidemico malo afflatæ fæminæ o-
em ferre cùm Sacerdos Græcus horreret, ipſe
diit, & morientem Sacramentis expiauit, mor-
o inde mox letali correptus. Aiunt, qui morien-
i adfuêre, totum eius cubile (verba ſunt epiſto-
æ) miro per horam & ampliùs lumine circum-
fulſiſſe, atque paulò pòſt cùm corpus terræ
mandaretur, ſuauiſſimum per-
ceptum fuiſſe odo-
rem.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIAE GALLO-BELGICÆ

M. DC. LI.

§. I.

VARIA.

1. Catholicæ Religioni locis variis 78. adiuncti, Malbodij vnus hæreſi eiurata vt à peccatis abſolutus eſt, expirauit. Audomari quinque, Dionanti tres, Cameraci decem, Namurci 4. Tornaci duo, Luxemburgi tres religioſæ vitæ inſtitutum complexi. quorum vni, cùm è corruptrice vanitate ſe ſe pararet euoluere, ſupremam feſtinandæ ſanctæ molitioni manum impoſuit, datus illi in Sodalitatis menſtrua ſortitione S. Corſinus Carmelita, & inſcripta ſchedæ, *vitæ emendatio*, atque hoc lemma è S. Ambroſio: *Si aurum tibi offeram, non mihi dicis, cras veniam, ſed iam exigis: nemo differt, nemo excuſat. Redemptio animæ promittitur; & nemo feſtinat.* Alas illi hæc addidêre, vt ad ſancta Carmeli caſtra, conſecratione ſuî promptiſſimâ conuolâret.

2. Bethuniæ Auxiliatricis cognomentum noſtra in templo Collegij Virgo Mater impensè nobilitat, nouâ ſemper populi flagrantiâ increſcente. Sacrificia lue graſſante cantata, & anathemata certatim appenſa plurimis opitulatæ Virginis gloriam præ-

rædicant. cui concepto voto puella peſte afflata, morti proxima, repreſſo mox malo eſt ſibi reſti-ıta..

3. Eiuſdem Deiparæ Matris, ſanctique P. N. gnatij, maternæ paternæque beneficentiæ adſcri-imus, quòd Prouinciam hanc peſtis, aliàs latè va-ata, non afflixerit. Tornaci duo ad Collegium Decembri menſe incolumes rediêre poſt operam eſte contactis quinque adeò menſibus, eòque iutiùs, collocatam. Athenſes idem experti. vbi tiam ciuis lue afflatus, aquâ, vt vocant S.P.Igna-ij, & promiſſo ad eius honorem, vnius è Noſtris ortatu, ſacro, planè conualuit. Armenteriæ ru-ticus, concione Noſtri auditâ ad Pœnitentiæ Sa-ramentum tandem acceſſit, cùm antea quoties emplum ingrediebatur, velut à malo genio retra-i ſe ſentiret à Pœnitentiæ Sacramento.

§. II.

DE B. VIRGINE, ANGELO TVTELA-ri, S. P. Ignatio.

4. POſt illa, quàm ſuperiora ſcripſimus, hæc demum appulêre. Bethuniæ non-nullæ puellæ difficilibus, & crebris contra inno-centem pudicitiam inſultibus appetitæ honori Dei-paræ bis Oratione Dominicâ & Angelicâ quotidie recitatâ victrices vexationem redemêre. Armen-teriæ Beatiſs. Virg. ſtatua celebratione inſigni in Scholarum areâ, quaſi præſes areæ atque Gymna-

ſij,

ſij,collocata. Angeli verò tutelaris item ſtatua el
gans à Luxemburgenſibus propè ſacellum B.Vir
conſolatricis erecta, magno præclaræ iuuentu
ardore omnem operam conferente. Montibus
DD. Vicariis Cameracenſibus ritè approbatum
Ioannis Daniel fratris noſtri ope B. Virg. Conſol
tricis,anno 1646. curati miraculum.

5. Luxemburgi fæmina eiuſdem Virginis
& S. P. Ignatij nomine implorato, periculoſo 2
horarum partu maſculum eſt enixa.

6. Athi ciuis peſte afflatus voto concepto
& Ignatianæ aquæ potu ſanitati eſt reſtitutus. Ca
meraci puella 16. annos nata, febribus quotidi
ſæpiùs, & per horas aliquot, ab aliquot menſibu
vexata, appenſis collo S. P. Ignatij reliquiis, Igna
tianâ aquâ cibo potúque infusâ, inſtitutâ deniqu
nouendiali ad noſtrum templum peregrinatione
infra illos dies ſenſim meliùs valuit, poſt nonun
planè conualuit.

7. Luxemburgi deſiit viuere ſoror Monica
Ord Congregationis B Virginis, de nobis præcla
rè merita; cui olim ſpectatus inter acerrimos ca
pitis dolores, S. P. N. Ignatius dolorem ac mor
bum abſterſit.

§. III.

SYLLABVS DEFVNCTORVM.

8. INſulis 17. Ian. obiit *P. Franciſcus Surhon*,
4. vota profeſſus, natus annos 68. Rector

olim

im Hui,nunc Præfectus ſpiritus. diuinæ volunta-
enucleatè addictus, adeóque omnes voluntatis
auitates deteſtatus, vt diceret, ſe, ſi vel vnius ſui
pilli cum diuinæ voluntatis rectione non ſatis
nſentientis eſſet conſcius, illum ſubitò euulſu-
m; ídque tunc dixit, cùm illi mors opinione vi-
niòr eſt nuntiata.

9. Biennio iunior deceſſit *P. Stephanus le Fe-
ure*, Inſulenſis Coadiutor form. vir linguæ omni-
us, vndequaque ſemper ſine vllâ fellis ſuſpicione
noxiæ; modeſtiæ ſemper ſerenæ, in patientiâ
ullam ægritudinum leuationem poſcente. E cu-
culo illum non niſi charitas, vel obedientia eli-
ebat, ſibi intus, ac perpetuo ſcribendi labori gna-
ter operantem. Vnde duos Collegio tomos reli-
uit, in quibus extemporali dictioni lautam inue-
ias apparationem. Nunc in Sodalitate Ciuium,
uam ipſos adeò 22. annos peritè magnáque cum
iuinæ gloriæ amplificatione adminiſtrauit, no-
en illius omnes iucundâ virtutis recordatione
blectat.

10. Eadem patria, & in Societate gradus, ætas
amen plus quàm decennio minor fuit *P. Dionyſio
Godſcalk*, aſſiduitate ac fortitudine in miſſionibus
xercitato, ſed patientiâ maximè, quæ illum toto
ropè vltimo anno variis moleſtiis afflictum, ani-
no nil demiſſo, nedum fracto, incolumi virtute
uſtinuit.

11. 2. Sept. *P. Quintinum Hachin* Coadiutorem
ormatum, *66*, æt. anno Ariæ mors occupauit, vi-
rum

rum procurandis rebus domeſticis, regendo ch
ro, expiandis affluentium noxis intentum, cha
tate orationis aſſiduæ dono conditâ, & inſigni pl
quàm frugalis abſtinentiæ laude, etiam in illo m
nere eſculentis nonnunquam obnoxio, propè
cerbâ in ſeipſum ſeueritate conſpicuum.

12. Luxemburgi 9. Kal. Octob. è numero n
ſtro exemptus eſt *Gaſpar Blanchart* adiutor. H
eſt ille, quem in Balearibus militem olim intuit
Alphonſus noſter ille Rodriquez Coadiutor,
noſtrum numerum adſcribendum verâ vaticin
tione prædixit.

13. Ariæ 2. Sept. glorioſam apud peſtifer
charitatem nobili morte abſoluit *Germanus Soli*
Coadiutor. ætatis anno 61. Hanc ille Palæſtram b
terue flexis genibus enixè flagitârat, vt obtinere
erga ſeipſum paupertate, erga alios ſimplicitate, i
officiis labore perpetuo, erga Superiores obedien
tiâ perantiquâ egregius.

14. Cameraci 21. Octobr. diem clauſit extr
mum *P. Ioannes le Clerq*, Coadiutor ſpirit. nat
anno 1585. Societati adſcriptus 1603. Heſdinij c
lim Rector, & aliis officiis magnâ cum integrita
functus: orandi quoque ſtudio, ac lectione plur
mâ ſpectatus, & eò ad quæſtiones conſcientiæ ſo
lidè explicandas promptus. Malbodij *P. Nicola*
Felleries ardore dicendi in animos potens.

15. Namurci 14. Febr. *P. Ioannes Roberti* (ſ
ad verbum literæ) annorum 83. vitam turbulent
conſiliis & factionibus quàm virtutibus clariore

egre-

reglo fine concluſit. Sexto menſe pôſt reuoca-
damnatáque ea, quibus Societatem traduxerat,
lethalem morbum incidit, generaliter bis con-
ſus. Poſtrema morientis verba fuêre. Paratum
ad quamlibet ſatisfactionem dandam, ad repa-
ndum ea damna, quæ Societati exemplo, aut fa-
s attuliſſet. Octiduo ante mortem alterum re-
ctationis ſuæ exemplar, magis explicatum ſuâ
nu ritè ſignauit.

16. Reſidentiæ Marchienſi 25. Febr. ereptus eſt
Ægidius Scouuille Reſidentiæ parens, vir quieti
l præclari ad efficacitatem ingenij, ac iis quibus
ploratus eſt lacrymis dignus.

17. Leodij morte ſublati *P. Laurentius du*
n, & *P. Antonius Deſmaiſieres*, Coadiutores ſpi-
uales; & *P. Albertus Croiſſant*, 4. vota prof. &
oadiutores temporales duo. Primi ætas fuit 76.
norum, virtus in ſeipſum ſeuera, benigna in a-
s, & laboris charitatíſque permagnæ. Alterum
itinere peſtis extinxit, ſed Sacramentis procu-
tum. Tertium apoplexia 12. Iulij: virum oran-
& ſe ſe pro viribus, ac ſuper vires omnibus im-
ndendi perſeueranter ſtudioſum: Deiparæ amo-
& honoris procurandi cupientiſſimum: in Poë-
câ docendâ per quinque, in Rhetoricâ per ſex-
cim annos verſatum.

18. Valencenis 28. Octobr. obiit *P. Iacobus*
atalis Leſcouf, Coadiutor form. egregiâ ad labo-
s Scholaſticos animi conſtantiâ vir.

ANNVÆ PROVINCIÆ GERMANIÆ SVPERIORIS M. DC. LI.

1. FVêre hoc anno in hac Prouinci
ſocij 654. è quibus 335. Sacerd
tes, quorum operâ Romanæ E
cleſiæ adiuncti 221. Totius vi
noxas expiarunt, duodecies mi
le ſeptingenti quindecim.

§. I.

DE SANCTISSIMO EVCHARISTIÆ Sacramento.

2. IMpenſa Chriſto & in ſinu Matris amabi
li, & in arcanis Euchariſtiæ mirabili omn
induſtria, vt exquiſitè coleretur, lætos fructus tu
lit. Fuit Burghuſij, quæ conceptis verbis propri
ſanguine exaratis Chriſto recèns nato ſe deuoui
& ſyngrapham ad aram ſacrificij incruenti, vbi
præſepe viſebatur, obtulit. Ibidem quidam Sace
doti noſtro ſanctiſſimam Euchariſtiam magico ſ
crilegio hactenus per ſeptennium corio inſutam
& geſtatam reſtituit, tam integram, & nitentem
vt nunc à Sacerdote conſecrata hoſtia credi poſſe
Faſſus eſt ſe illam ante ſeptem annos ore exemiſſ
ad vſus impios: nunc verò ſpe ſuâ fruſtratum, a

DEVM

M ſeriò aſpirare. Hoſtiam, vt res lateret, ſecu.
Pater ſuo loco, ac tempore cum reuerentiâ
mpſit.

3. Tridenti pacificus in Euchariſtia Salomon,
rum coniugum odia ſua in templo coram Sa-
nento deponentium; veniam de genibus pre-
e vxore, pacis arbiter & Seruator electus.

4. Habet nonnihil teneræ admirabilitatis id,
d Monachij de nouenni paruulâ relatum eſt.
d mortem adducta, cùm vehementi affectu ſa-
paſci Euchariſtiâ deſideraret, ſed Noſter id ob
tis imbecillitatem negaret, illa ex puellâ inno-
tem animam iam agente, audita ſunt verba:
rpus Domini noſtri IESV Chriſti cuſtodiat, &c.
nitis eâ voce circumſtantibus, quòd Mater
ſanctè affirmaret, ſe filiolam nunquam ad aram
propè adduxiſſe, vt verba illa poſſet auditu
cipere. quocirca piè ſe credere aiebat, filiam à
ctis Angelis deſiderato viatico recreatam.

5. Ad exturbandam temerè iurandi conſue-
inem illud nobis adiumento fuit, quod Eyſtadij
ſtro quidam hoc ipſo exemplo (poſteaquam ſæ-
nequicquam ſuper ea re à Noſtris monitus fuiſ-
) ſapere doctus narrauit in vicinia contigiſſe.
diuit ille ibi militem in hæc verba iurantem: Ni
rum loquar, nolim ſacra Euchariſtia linguam
hi meam attingat. Vidit eundem protinùs oc-
ltâ vi in altum tolli, & impetu deiectum, obtor-
collo & capite retrorſum conuerſo, non priùs
iſtinæ formæ reſtitui, quàm S. Ioannis Euange-

 lio

lio per commilitem recitato. Quo tempore ſe
monſtro ad illa verba ingreſſo illa paſſum ipſe co
feſſus eſt. Cæterùm compertum eſt Enſishen
quendam frequentatione myſteriorum diuinoru
à iurandi conſuetudine diſceſſiſſe. Frequentia v
rò Euchariſticum Sacramentum ſumentium h
anno tanta fuit, vt refecti cenſeantur fuiſſe ſepti
genties ſepties quater mille ſexcenti triginta vnu

6. In Euchariſtia, illum eſſe, *cuius nomen Co
ſiliarius*, expertus eſt Sodalis Monachij, qui cùm a
no euoluto in quendam ordinem capeſſendum
impenſiùs inclinaret, die S. Catharinæ hoc Sacr
mento paſtus, vocem ad aures allapſam audiit, a
Societatem vt animum applicaret. Hoc anno e
dem die in DEI voluntatem intentiùs indaga
dam ſollicito, reſponſum datum, iam anno ſup
riore, quid DEVS illum vellet, audiſſe.

§. II.

DE POENITENTIÆ SACRAMENTO.

7. OEniponti ruſticana mulier, è ſiluis cu
faſce ſarmentorum ligneorum redux
fallente veſtigio, ſe & ſarcinam dæmoni deuo
uerat. Adfuit ille veſperi atro colore, ac oculo
rum ſcintillis formidabilis, & rapturo ſimilis de
uotam ſibi. Sed illa metu ingenti in conſilium con
uerſo, monſtrum Cruce, Sanctorum ope, ac pro
miſsâ in diem proximum ad vicinam B. Virginen
peregrinatione profligauit. Manè iter ingreſſæ mo

loſſus

ius mole horrendus atque latratu,factus obuius,
em armis abactus eſt. Accurrit illa ad Noſtros,
n ſacro tribunali quietem reperit, nunquam
tea terriculamentis obnoxia, & cautior.

8. Conſtantiæ quidam ipſe de ſe teſtatus eſt,
n deſtinato quopiam itinere progredi non po-
ſe, dum conſcientiam apud nos leuaret ab o-
e infelici.

9. In miſſione Türſchenreüttana Matrona
bilis confeſſione ac lacrymis phreneſim à par-
o ſuo filio feliciter cœpit auertere, quâ poſt ia-
n in illum, vt à diro illo malo corriperetur, im-
cationem, ſtatim correptum, & ad extrema pro-
adductum viderat.

10 Landishuti homo iam dudum conſcien-
de tecto ſcelere malè ſibi metuente anxius, vi-
eſt ſibi bufonem intueri per colli nuda pectúſ-
reptantem, ac ſubitò euaneſcentem, nempe
gi ſacrilegij monitorem.

11. Burghuſij hominem in impuritatis volu-
ro iam putridum, ſcatentes neglectæ conſcien-
vermes eò adegerant, vt ſpe ſalutis æternæ ab-
â, voluptariæ vitæ, atque huius copiam omnem
peditaturo dæmoni ſe deſtinaret. Ergo abiecto
rofluentem, quicquid è collo gerebat, Crucis ac
anorum inſtrumento, in ſilua dæmonem toto
luo ſæpiùs clamore valido inuocauit, ſed velut
dum. Cùm autem nec ſyngrapham ſanguine
ac nomine illi deuoto ſignatam, lapidíque im-
ſitam quicquam effeciſſe aduertit, dolore rabi-

dus, & mortis conſilia meditatus, à DEO lecto
figitur: atque ibi non amplius rebellis lumini n
ti ſuborto, dolens, ac lacrymans conſcientian
niuerſam Sacerdoti noſtro detexit, & valetu
vtrique reſtitutus, doloris de ſceleribus conc
magnitudinem vitæ nouæ integritate, acríque c
poris afflictatione abundè teſtatus eſt.

12. Ibidem quendam fames ad magiam
que redegerat: à qua tamen reſiliit, quando C
diam ſuam veneficam, nocte ſacrâ, chorum inc
tantium ducentem, neque tamen germen qu
piam lucrandæ pecuniæ causâ elicere canendo
lentem videbat. Aiebat enim ſaga illa, ſe nihil p
fecturam, ni circumſtantes eâ fide euentum p
ſtolarentur, quâ credere fas eſt Chriſti in Sac
mento præſentiam. Horruit iſta famelicus, & ſ
ſalutarem fugam ad nos vſq; ad ſacrum Pœnit
tiæ tribunal dedit.

13. Tridenti è re fuit Venetæ puellæ, qu
arcano cordis inſtinctui parendum duxerit, vt
cum fratre ſuſpecto, non niſi expiata ingrederer
Nam vix integri ſtadij interiectu, à fratre, fune
parricidio, eſt internecta.

14. Straubingæ animam dæmoni deuot
expiraturus quidam, repentinò ad nouum DEI
men ſe ſe introſpexit, cum noſtro Patre ſuæ cc
ſcientiæ rationes ritè compoſuit, & vix
horâ interpoſitâ exſpira-
uit.

§. III.

§. III.

AD ROMANAM ECCLESIAM reducti.

15. INter ducentos viginti & vnum Eccleſiæ
reſtitutos,fuit vnus Monachij è Stockol-
ienſi nobilitate Suecus, qui ſub morbi difficilis
ole vix ægrè trahebat animam de hac ac æterna
lute ſolicitam, & vtrinque conſilij anxiam, v-
amcunque in partem ſpes verteret. Venit illi in
entem, & placuit, vt diuinæ Matri fidem daret,
que, ſi per illam viribus redderetur, ad Eccle-
am Catholicam conuolaturum promitteret, at-
ue gratiam pro gratia nō tam redditurum, quàm
cepturum. Gratiam adeptus, promiſſis fideliter
etit, iam ſanus, atque Catholicus.

16. Auguſtæ quidam iam inde à puero, licèt
æreticus, Beatiſſimam cæli Reginam verbis Ange-
cis quotidie manè ac veſperi ſalutabat. Ait ſibi
lam ſæpiùs in quiete ſpectabilem adfuiſſe. Quo-
rca ſe à tenebris in Catholicam lucem, ſecun-
ùm Devm, ab illa perductum teſtatus, fidem no-
ram complexus eſt.

17. Ibidem alius veritatis Catholicæ deſertor
emper à conſcientiâ flagellatus, cùm à ſociis no-
te intempeſtâ domum reuerteret, minimè po-
us, audire ſibi viſus eſt horrenda fulmina, & in-
er hæc fragores ſaxorum prægrandium, qui cir-
umquaq; ad latera perſonabant. Inclamatis mox
ltùm SS. Iesv & Mariæ nominibus, audien-

tibus hæreticis ſociis, vouet ſe in ſynagogam hær
ticam pedem nunquam ampliùs allaturum, verù
ſi periculo defungi liceret, in Eccleſiæ ſinum, que
perditè deſeruiſſet, quantocyùs conuolaturum.
quod etiam præſtitit.

§. IV.

ERGA CÆLI REGINAM religio.

18. EXtinctus Ingolſtadij hoc anno 1651. 2
Sept. die in Societatis complexu eſt Ma
ximilianus Elector, Bauariæ Dux, & Monachij ſul
SS. Michaëlis & Ignatij tutela in templo ſuo a
noſtro depoſitus. Animæ ſuæ curam cùm ſempe
vſque ad mortem, tum etiam poſt obitum Societa
ti commiſit. Do verba ex eius codicillo excerpta.
Quamprimùm ex hac vita diſceſſero, mittatur pe
diſpoſitos equos Romã, qui ab Adm. R. Patre Gene
rali Societatis enixè petat, vt quæ ab vniuersâ So-
cietate Sacrificia pro me fieri vellet, peragi ſtatim
curet. Admoneatúrque R. P. Aſſiſtens Germaniæ,
vt ipſe quoque pios Sacerdotes ac Religioſos con-
ſtituat, qui ſine morâ decem millia Sacrificiorum
faciant; pro quibus penes ſe numeratam iam habet
pecuniam. Sic ibi. Hic vti DEI Matrem exquiſitis
modis coluit ſemper; ita ſuo ſanguine in hæc ver-
ba teſtatus eſt chirographo ſic inſcripto, & ſubie-
cto ſtatuæ MARIANæ: In mancipium Tuum me
tibi dedico, conſecróque, Virgo MARIA: hoc

te-

ſte chirographo Maximilianus peccatorum co-
yphæus.

19. Halæ multùm ad ſanctum DEIparæ ſolidâ
irtute colendæ ſtudium contulit non iam in Soda-
s tantùm, ſed in familias propagatus mos con-
ientiæ accuratiùs veſperi explorandæ, ac ſomni
on niſi recitatis vnà ab omnibus, qui domi ſunt,
eatiſſimæ Virg. Lauretanæ Litaniis capeſſendi.

20. Friburgi Heluetiorũ ſe verè puritatis Re-
inam lęto experimento docuit Regina Virginum,
uando importunis, & periculo plenis machinis
entatæ à lenone pudicitiæ voces benigna exau-
iit. Nam orante cæli Reginam illam, quæ tenta-
atur, vt aut leno tentator, aut ipſa quæ tentaba-
ur, morti priùs quàm ſceleri concederet, vix octi-
uum à precibus interfluxit, & importunus ille in-
ectam alieno pudori animam exuit.

21. Eyſtadij Foyenſis B. V. lapillus puerperam
b eâ quâ æſtuabat febri, alium à graui pleuritide
eſtituit. Neoburgi Sacerdos à ſacris Exercitiorum
ommentationibus cruciatu cholico præpeditus,
ereum, & miſſæ ſacrificium DEIparæ honori vo-
uit; & valetudine receptâ votum ac exercitia exe-
cutus, Foyenſi noſtræ Virgini aureum annulum
ppendit.

22. Straubingæ cuidam, quæ deſtinatum Foy-
enſi noſtræ Virgini donarium, ſeu accepti beneficij
anathema offerre differebat, ſub prandium ſpina
piſcis guttur tranſuerſa occupauit, & in præſenti
vitæ periculo, quod vnam horam tenuit, negligen-

tiæ memorem ac pœnitentem eſſe iuſſit. Vouit il
iterum anathema argenteum, & ſpinam ſpiritu
aliàs intercluſuram repentè auulſam ſenſit à gutt
re, ac eiecit.

23. Illud ibid. nobilius, quod duo tréſue c
ſe vltrò ſunt faſſi. Se nempe irrequieto morſu co
ſcientiæ agitatos, monitu noſtræ imaginis MARIA
næ, vermem longæuo ſilentio in corde abſcond
tũ, tandem apud nos confeſſione ſincerâ expiaſſ

24. Ibid. adoleſcens arcanis circa lumbos cru
ciatibus à tenera ætate vexatus, & ſenſu ferè omn
non ſemel deſtitutus, remedium per plures anno
variè quæſitum, fuſis ad B. V. precibus promptum
inuênit.

25. Ibid. quendam, qui in furorem datus blaſ-
phemum quiddam in Beatiſſimæ Virginis Maie-
ſtatem iecerat, dormientem Deipara inuiſit, ac tor-
uo vultu iram præſeferens adeò perculit, vt exper-
rectus noctem totam anxius egerit, atque vt pri-
mùm per matutinam lucem licuit, ad Sacramen-
tum acceſſerit, quo DEVM & DEI Matrem ſibi pla-
caret, iratæ illius maieſtatis futurus non immemor.

§. V.

SODALES.

26. INgolſtadij iuuenis aduena natâ ex ege-
ſtate deſperatione conſcriptam chirogra-
pho ſuî deuotionem per vrbem noctu plateatim
circumferebat, dæmoni offerendam. Perculit men-
tem

tem deſperatam repentinò ea memoria, quòd hæc ageret, cùm tamen Sodalis eſſet Beatiſſimæ Virgini dedicatus. Hæc vna cogitatio totum ex alio alium fecit, quare implorato ſuppliciter diuinæ parentis Angelíque Cuſtodis auxilio, adhuc ante diem ſacro ſe tribunali, ac fidelem DEIparæ clientem ſtitit.

27. Ibidem ciuium cœtus intra triennium ſeptingentis auctus. vnum ipſa Virgo viſa eſt adduxiſſe. Miles is erat è pede altero per annum iam æger. Hic per noctem in ſomno DEI parentem videre ſibi atque audire viſus eſt hæc iubentem: Iret confeſtim ad Sodalitij Præſidem; vitam vniuerſam confeſſione emendaret; nomen in Sodalium album referret. ita pedem ſaluum fore. Morem geſſit monenti: & pede ſano cœtum frequentat.

28. Innocens paruula Patris monitu ibid. vt ſe B. V. Sodalibus inter fæminas adiungeret, vrgebatur. cúmque ab illa cur idem ipſe non faceret rogaretur, & ille id ſibi per negotia licere negaret, atque illam ſui loco id facere vellet, innocentiſſimo candore adiecit puella: Mi Pater, quid ſi tui loco ad cælum etiam euehar? quid te tum fiet? Percuſſit ad lacrymas vſque bonum animum tenera vox innocentiæ tam ſinceræ, ac moras omnes abrupit, vt ſe Virgini conſecraret.

29. Auguſtæ Sodales ciues formulam, quâ ſe Virgini Matri quotannis dedicant, àrgento alij, auro alij, vnus ſanguine, deſcripſere, cùm Præſes diceret, fore vt morienti cuilibet illa ceu teſſera in

manus inſeratur pro itinere ad cæli Reginam adornando, atque iſtâ commendatione muniendo.

30. Œniponti Sodales nonnulli iniurias acceptas, præmio, tanquam beneficia, ſunt proſecuti. Quidam picturam impudicâ nuditate oculis offendiculo poſitam, quicquid alij contra vel dicerent, vel facerent, abſtulit, cùm diceret promiſiſſe ſe non permiſſurum, quod honori Virginis aduerſaretur. Alius ne prolixiùs biberet, ſe ſe è medio bibentium, relicto iſtic pallio pileóque proripuit. Alius ancillam conclaue ad verrendum ingreſſam, & molliore confidentiâ lenocinium tentantem, fuſte abegit.

31. Friburgi Heluetiorum Sodalium quidam Sabbatinos dies ieiunio, noctes accenſis lampadibus coluêre; diem à IESV, MARIA, IOSEPH auſpicari & iiſdem claudere conſueuêre; ſi erogandæ ſtipis facultas deeſſet, pro egenis Angelicam Salutationem ſacræ inſtar eleemoſynæ obtulêre: oculos caſtiſſimâ modeſtiâ caſtigatos procul à fæminis habuêre. Ibidem Sodalis voto concepto ad B. Virginem, quo promittebat ſe acturum, vt Sodalitatis æditium ageret, periculoſo morbo exemptus eſt.

32. Fuit Ratisbonæ Sodalis qui ſingulis horis dolorem de peccatis conciperet; alius qui quot hebdomadis tribus vicibus diu noctúque ciliciũ geſtaret honori SS. TRINITATIS; alius qui Sabbatinũ conſcientiæ examen faceret brachiis in Crucem exporrectis. Maior verò Sodalitas in egenos libera-

ali ſtipe, in proferenda Catholica veritate per li-
bellos illius argumenti fuit benefica.

33. Conſtantiæ in vſu eſſe ſolent Sodalibus
rma, quibus ferè triumphatur in præliis caſtitatis,
uodam ignis experimentum vſque progreſſo. Ey-
tadij Sodalis nobilem examinis vtiliter faciendi
nduſtriam executus, noxarum numerum colapho-
um numero in ſe acriter expiabat.

34. Friburgi Briſgoiæ Sodalis è cœtu ciuico
on iter priùs aggrediebatur, quàm conſcientiam
xpiaſſet, ac veniam de genibus à benè precante
ræſide petiiſſet. Burghuſij gliſcit ſancta examinis,
uod particulare vocamus, diligentia: quidam vt
aſtiùs bonum ſomnum capeſſeret, ſpinis non ſe-
nel indormiit. alius prætextata verba, & os impu-
licum baculo abegit. quidam in tentationis æſtu
rachium momordit, & æſtum dolore extinxit. a-
ius in Sancti ſui venerationem à quodam fructuū
enere, in quod præ aliis propenſiùs ferebatur, per
otam æſtatem abſtinuit.

35. Tridenti non defuêre Sodales, qui Chri-
ſtum in Euchariſtiâ præſentem vrbanâ & religioſâ
euerentiâ ſepties quotidie adiêre.

36. Landſpergæ Sodalis æger, cùm hilarium
empore ſociis colludere cogeretur, 20. florenos
quos lucro adeptus fuerat, Sodalitati tranſcripſit,
ne luſus auaritiam ſaperet, néue id genus lucro
accumulata pecunia, reliquam inſtar tineæ
deuoraret.

§. VI.

§. VI.

DE CVLTV CÆLITVM.

37. BVrghuſij S. Ioſephus templi noſtri Præſes, crebris donariis honoratur multifariam in animos corporáque beneficus: Ruſticus filium, qui ægrè iam animam trahebat, nuncupato ad S. Ioſephum noſtrum voto ſtatim meliùs, nec multò pòſt integrè valere aduertit; & (meliùs quàm antiquitas Æſculapio) gallum gallinaceum Sancto obtulit, adiunctis precibus, quas in templo vnà cum coniuge tantâ hilaritate fundebat, vt in ipſo eius vultu facilè alij legerint, illum à Sancto magnum quidpiam impetraſſe.

38. Landſpergæ paucis dici haud poteſt, quã latè quámque auguſtè ſit fuſus connitentibus Noſtris huius Sancti cultus: cui momentum eximium addidit felix partus puerperæ, quæ hactenus non obſcurè de vita periclitabatur, quoties pariebat: nunc verò pecuniâ pro S. Ioſephi noſtri ſacello ex voto deſtinatâ, tertia poſt votum die maſculum ſanum ſana enixa eſt.

39. Monachij affligebatur dirâ phreneſi triduo integro prænobilis puella, nequicquam contra nitente ingenio medicorum. Noſter, parentum rogatu, ad SS. Coſmæ ac Damiani aram Sacris eſt operatus, & illa confeſtim ſibi eſt reſtituta. Eorundem ope adoleſcentes duo à morbo, & mortis periculo manifeſto reſpirauêre, omnibus rei conſciis admirabi-

bilitate attonitis. Materfamilias eâdem voti reli-
ione à difficili morbo ſalutem inuênit. Quidam
ùm à ſe id extorquere non poſſet, vt occulta quæ-
am conſcientiæ inquinamenta in Sacramento a-
eriret; cúmque veniam per eleemoſynas, & artes
ias citra Sacramentum quæreret, neque tamen
onſcientiæ ſilentium poſſet imponere, Sanctis no-
ris Coſmæ ac Damiano ſupplex facilitatem mi-
m obtinuit occulta & diu malè tecta omnia can-
didiſſimè ac dolentiſſimè proferendi.

40. Tridenti Simon glorioſus paruulus, Mar-
yr, voto inuocatus quendam è Noſtris à dolori-
us & calculo expediuit: alterius oculum à tumo-
e, dolore, ac periculo S. Lucia V. Martyr adiuuit,
erſanauit.

41. Lucernæ virgo nobilis longo & rabioſo
entium cruciatu afflicta, vt primùm acceptum à
Noſtro S. Apolloniæ dentem dentibus admouit,
ncredidili cum ſolatio ſtatim à doloribus eſt ex-
mpta. Ibidem S. Siluani Martyris lipſana Româ
uper allata, nobíſque cum quinque aliorum
anctorum oſſibus ad optionem oblata ſunt. Tres
noſtri electionem ſorte facturi, in chartulis,
quas è ſortis vrna ducebant, S. Siluani no-
men eduxêre, ſorte ipsâ, ſeu Deo
nobis illum tertiùm aſſi-
gnante.

§. VII.

§. VII.

S. P. IGNATIVS, ET SOCII.

42. AVreo Exercitiorum libello in ſacra ſol tudine hoc anno felicem operam de dêre 112. E Scholis noſtris initiati Neomyſt 38. Illi verò qui à Scholis aut ſacris templi noſt tribunalibus religioſæ diſciplinæ nomen addixêre (vt de iis nil dicam, qui Societatem amplexi ſunt fuêre Monachij 27. omnes per Prouinciam ferè cer tum & ſex; nam de Sanctimonialibus nihil addo Ex illis S. Auguſtinus ſibi 18 Capuccini ſeptenos alij alios adepti ſunt. Atque hoc inter prima Igna tij decora ſoleo memorare: nam reliqua mal pauca de pluribus delibare, quàm omnia percenſe re.

43. Dilingæ oleo Ignatianæ lampadis inunctus vnus quidam, dolores quibus acerrimè diſcruciabatur, in veſtigio ipſo fugatos ſenſit. Ingolſtadi calculus eodem oleo depulſus. Oeniponti, fæminæ paralyſi ſolutum brachium eodem vnctum oleo ad vires ac vſum rediit. Burghuſij verò, alia dolore aurium acuto leuata eſt. Et Auguſtæ puellæ crus ex lapſu læſum, & iam omninò inutile, citra chirurgorum operam reſtitutum. Dilingæ item perſona quæpiam luem vndecim ex armentis capita iam depaſtam ſtitit, poſtquam S. Ignatio bones duos, & certam pro duobus aliis pecuniam deſtinauit, cui etiam malo ſiſtendo vrbica pietas, in-

dictâ

ctâ in S. Patris venerationem ſupplicatione, &
lato ad eius aram inſigni cereo deſiderij euen-
m ſortita eſt.

44. Lucernæ decumbebat in aſceterio alio-
i Societati non magnoperè addicto Sanctimo-
alis, vſu pedum, ac reliqui ferè corporis deſtitu-
; remediis morbo longè imparibus. Hæc à piâ
natiani olei vnctione molli ſomno ſopita, illo
ſcuſſo, è lecto ſalua ſurrexit; parato nempe ad
neficentiam, etiam erga quomodocunque meri-
s S. Ignatio.

45. Friburgi in Heluetia aqua S. Ignatij no-
ine expiata vim præſentiſſimam exeruit quotidie
puero maleficiis dirum in modum intumeſcen-
. Ad primum maleficij vim anima illi propè eliſa,
primam aquæ huius hauſtum liberè meare cœ-
t. Iam quot hebdomadis, velut quodam æſtu re-
t per vices tumor in omne corpuſculum; ſed a-
ıâ illâ adſtringitur, & cum dolore ſenſim euane-
it. Minimùm ſeptingenties & vicies aqua illa da.
petentibus, & breuì læta narrantibus, atque gra-
is, ac ſæpiſſimè anathemata referentibus. Ibi-
m ægrotanti ad mortem filio aquam illam pro-
nauit parens, & confeſtim attulit ſanitatem. hic
dem, quo ipſe conualuit, remedio Matrem à
orbo protinus expediuit.

46. Ratisbonæ menſes plures iam fluxerant,
ıibus cuidam, nocte ineunte, hoſtis maligni ve-
tiones, in alteram vſq; horam protenſæ, linguæ
um & reſpirandi facultatem ferè intercipiebant.

Adiutus tandem eſt vſu Ignatianæ aquæ ac iconis
& hoſtis profligatus diſceſſit tam valido clamor
ſublato, vt aures familiæ totius perterruerit.

47. Eyſtadij adoleſcens, à ſtrigibus eiuſdem
S. Patris lipſanis, & icone ſecuritati aſſertus: tre
autem fæminæ maleficiis è ſtatu mentis in altos
mœrores deiectæ, mentem ſanam receperunt, vit
etiam omni per pœnitentiam perpurgatâ. Alia ibi
dem deſperatis vitam ſibi vltrò abrumpendi co
gitationibus agitata Ignatianam aquam cibo & po
tioni miſcuit, animum expiauit, malaciam inuê
nit.

48. Neoburgi paruulus à phreneſi ſacris iiſ
dem lipſanis reſtitutus. Landishuti alius à viſce
rum cruciatu, aquâ Ignatianâ cibis aſperſâ. vbi et
iam quidam à dæmone, ſeu inſeſſus, ſeu inſeſſo ſi
millimus, aquâ illâ in fauces infusâ tranquillitate
donatus. Certè quàm occultiſſimè ſubiectam ægri
ceruicali ſacram Ignatij iconem teter ſpiritus au
ferri voluit, ægro id poſtulante, ac tametſi æger il
le à ſiti vehementer arderet, frigidam tamen ſi vel
vnicâ Ignatianæ aquæ guttâ fuiſſet aſperſa, perti
naciter eſt auerſatus, queſtus ibi ſibi tormenta
maiora, quàm quibus ferendis par eſſe poſſit, pro
pinari.

49. Burghuſij virgo blaſphemis quibuſdam
intemperiis à dæmone propè ad amentiam vſque
deducta, Noſtri, quem de conſcientiâ conſulebat,
arbitrio, S.P. Ignatij imaginem collo appendit: &
ſerenum animo hilari gaudium breuì hauſit.

50. Ibidem

50. Ibidem mater mœſta, quæ paruulum in
unis non repertum, in angulo quopiam occulta vi
oſitum inuenerat, Noſtrum ſuper eâ re conſuluit,
acceptam ab illo S.P. Ignatij imaginem cunis af-
xit: neque deinceps quicquam in paruulum auſa
int ſpectra: quæ aliàs etiam eodem remedio pro-
bita ſunt à tumultu.

51. Maurkirchij magnis ab vniuerſo populo
ietatis officiis variè ac liberaliter cultus Ignatius,
nellam præſenti morti eripuit; alteram item ca-
aueri iam ſimillimam perſanauit: vtrumque ta-
ellæ appenſæ teſtantur. Puerpera quartum iam
iem cum partu & morte conflictata, feliciter eſt
ixa: ruſticus à difficilibus pectoris anguſtiis re-
ſpirauit.

52. Ibidem fæmina de infante primùm è me-
o tollendo, tum de ſe è vitâ exturbandâ conſi-
um capiebat, cùm per quietem S.P. Ignatij altare,
uod nunquam viderat, ſibi obiectum vidit. vbi
luxit, ad templum aduolauit; altare nocturno
li ſimillimum vidit; oſtenſam ſibi è cælo ſpem am-
lexa eſt: & vitæ vniuerſæ annos explorauit ac ex-
auit, menti placidæ reſtituta.

53. Ambergæ duo ſacrâ Ignatij aquâ, & pœ-
itentiæ lauacro leuamentum fecêre malis, à qui-
us vrgebantur. alter quidem dæmonem iocan-
em audire ſibi viſus eſt, & dicentem; iam denique
iter fieri non poſſe, quàm vt ad ſagarum cœtum
ccederet. Alter omnia tuta timens, mentis ac
ternæ ſalutis iacturam non ſine deſperatione

metuebat. Vterque à malo recreatur.

54. Tridenti appenſa Ignatio anathemata, c
curatas citra omnem dubitationem, duas filias n
bilium matronarum. Alia nullâ quiete vnquam c
ptâ iam ſuæ ipſa morti per diras intemperias in
minebat. Imagine S. Ignatij pax menti rediit atq
tranquillitas. Alia miſerabili laterum cruciatu v
xata Sanctos ſuos, quorum aliàs tota erat, Ign
tium & Xauerium inuocauit: & Patre vtriuſq
Sancti nomine ægræ bene precante, momento ſ
lutem adepta eſt.

55. Straubingæ puella vndecim annos natá
dæmonem inſtar Æthiopis pueri ſingulis prop
noctibus videbat, vt procum ſponſæ blando lenoc
nio illecebras, inuitatu nuptias oggerentem. Di
luctatam etiam in brachio, dum in lectulo decum
beret, apprehendit, nullo quidem vulneris relict
veſtigio, illâ tamen dolorem venæ quaſi acu vel ſu
bulâ apertæ ſentiente, tanquam ſanguinem ind
voluerit procus ater elicere. Cùm verò aliam ex a
lia formam indueret nocturnæ illius quieti ſempe
importunus, conſultus à patre puellæ Noſter, ac
curatè expiatam coram ſanctiſſimo Angelici my
ſterij Sacramento ſtitit, & conceptis verbis ipſe il
li verba dictauit, quibus ab omni, ſi quæ vnquam
etiam occultiſſima interceſſiſſet pactione ſe abſce
dere, abſiſtere, penitúſque omnia ex toto reſcinde
re illa teſtata eſt. quo facto, nocte proximâ non
niſi procul ſtantem, nec auſum ad lectulum acce
dere inſidiatorem vidit: qui tandem appenſâ col

lo

o Virginis S. P. Ignatij imagine inſidiosè blandiri
eſiit, ac videri.

56. Ibidem alius brachij tabem oleo & preci-
us ad ſoſpitatorem Ignatium fuſis profligauit.
ominico poſt S. P. feſtum die iuuentus cateche-
ca è templo Parochiali ad noſtrum, viſendâ fer-
ulis ac Symbolis ſupplicatione proceſſit, ibíque
agnas Ignatij laudes dialogo Germanico cele-
rauit. Octauum verò à feſto diem, quidam è pri-
oribus ciuitatis ibidem ſolenni officio, in muſi-
os liberaliter munificus, honorauit.

57. Oetingæ prægnans quædam ab aliquot
enſibus à dæmone vrgebatur ad prolem dæmoni
ro hoſtiâ deuouendam, ſi quidem partum felicem
ellet. Miræ illi dormienti ſe imagines offerebant
otiſſimùm ſub ferias Virginis parientis. Et iam eò
iſeram adegerat, vt inter cogitationum æſtum,
elut in importuoſo mari ſollicita æſtuaret, dubi-
arétque, nũ per quietem importunis deluſa ima-
inibus non ceſſiſſet. Acceſſit ad nos conſilium
etitura: & vbi anxiam conſcientiam confeſſione
acrâ mundauit, conſilium bibendæ Ignatianæ a-
uæ accepit, & ab horrendo enormis parricidij in-
tinctore ſuauiſſimam conſecuta eſt pacem, ma-
nâ, vt par erat, beneficij æſtimatione.

58. Landſpergæ S. Patriarchæ Noſtri Ignatij
ies feriatus eſt; & vrbs tota cum pagis aliquot ſo-
ennem eo die ad nos ſupplicationem duxit: ſacro,
& concioni interfuit; paruulis poſtmeridianâ ſup-

plicatione maiorum pietatem ordine amabili æmu-
latis, & Sancto cereum candidum, ingenti paren-
tum voluptate, donantibus.

59. Ibid. parturientes, paruulíque variè in
morbis adiuti, licèt percenſeri non poſſint, nomi-
nari tamen quoquo modo debent. Tot fuêre, v
frequens & felix euentus rei propè ſuſtulerit admi-
rabilitatem. Ciui cuidam ibidem, veneficæ omnem
cereuiſiam carmine magico ingenti iacturâ turbi-
dam inutilémque reddebant. Affixis ad vaſa Igna-
tij imaginibus, & aquâ Ignatianâ vaſis infusâ, ma-
lum omne auerſum. Ibidem ruſticus vſu pedum
per vndetriginta hebdomades deſtitutus, pede
Ignatiano Monacenſis lampadis oleo vnxit, & va-
luit.

DE S. P. XAVERIO, B. ALOYSIO, Caniſio, Realino.

60. LAndſpergæ medici noſtri coniugem,
S. Xauerius voto edito inuocatus, à pe-
riculoſo fiſtulæ hactenus nullam medicinam ad-
mittentis vlcere, facili remedio perſanauit.

61. Tridenti Matrona nobilis cùm in magno
digiti reſcindendi periculo ſe verſari videret, vo-
uit S. Xauerij honoribus ſe duos flores, quâ poſſet
artis, quam eximiè callebat, gloriâ adornaturam.
fugit confeſtim vis mali, & illa promiſſos flores
concinnè perfecit. Ibidem alia iam propè in mor-
tem danda, voto Xaueriano conualuit. E ſcholis
ado-

adoleſcens quartanæ remedium apud Sanctum iuſ-
ſus quærere, obedienter imperata dum facit, ædem
ſacram ingreſſus, immunis deinceps ab illa vixit.
Alia illuſtris natalibus & virtute virgo à periculo-
ſâ febri ſe, voto Xauerij honori concepto, plus
quàm humanæ artis viribus liberatam narrauit.

62. Ratisbonæ cereus B. Aloyſio Gonzagæ
pro pedis incolumitate oblatus propitium ad ægri
vota reperit beatiſſimum Aloyſium, pede integri-
tati priſtinæ reſtituto. Landishuti adoleſcens per-
illuſtri loco natus, in oculo grauiter læſus, cùm ac-
citi è variis vrbibus ophthalmici nihil proficerent,
B. Aloyſium quotidianis precibus, vt ipſe medere-
tur, orabat. Illuſtriſſima verò Mater, ex voto, lam-
padi B. Aloyſij oleum affudit, ac filium ſanum rece-
pit: & ardet lampas luculentum ſeu beneficij, ſeu
miraculi argumentum. B. Staniſlaus Koſtka Min-
delhemij clauſit annum Scholaſticum, factus thea-
tri & ſcenæ amabile illuſtribus quoque ſpectatori-
bus argumentum, & virtutis magnæ illicium.

63. In Dilinganâ quapiam miſſione, puer ve-
neficij arceſſitus, ideóque cuſtodiæ mancipatus,
ex ipſis vinculis ad nocturnas ſagarum concurſa-
tiones deferri ſe affirmabat. iámque cereum agni
benedicti amuletum ſeu ſpontè ipſe, ſeu dæmonis
hortatu, è collo abiecerat. Appenſum illi è P. Pe-
tri Caniſij exuuiis quiddam: & puerum dæmon
nec à vinculis expedire, nec ad ſuas aſportare dein-
ceps vllâ vi potuit. Sed in hoc genere multa & mi-
ra Friburgi apud Heluetios. Cerei ad eius tumbam,

flores, anathemata, nummi, Roſarium Cani
puerperis ſalutare, concepta expanſis brachiis v
ta effectum ſortita, magnam beneficentiſſimi C
niſij venerationem abundè teſtantur, Noſtris t
men accuratè intentis, ne quid in hoc genere co
tra mentem ſanctiſſimæ Sedis Apoſtolicæ fiat
quantum populi pietatem adeò effuſam, & benef
ciis increſcentem noſtra induſtria potuit mod
rari.

64. P. Bernardini Realini de veſte particula
cùm aliàs pluribus, tum vni potiſſimus clypeus fu
re caſtimoniæ defendendæ. Fatetur adoleſcens ap
pensâ è collo tali particulâ, noſtri Patris cuiuſpian
dono in eum finem datâ, ſe à voluptariâ conſue
tudinis erubeſcendæ colluuie, feliciter emerſiſſe
addidítque dolenter, ſe, amiſſo charo illo pignore
ab hoſte, quem iam domitum credebat, iterum pro-
pudioſo lenocinio profligatum ſceleſtas manus li-
bidini reddidiſſe, nec priùs vires ac victoriam ſib
quàm reperto à domeſticis illo ſuæ victoriæ ſe
clypeo, ſeu labaro, rediiſſe.

§. VIII.

CASTIMONIÆ GLORIA propugnata.

65. BVrghuſij in caſtitatis theatro ſub matri-
monij velut ſipario nonnulli coniuges
Henricos, & Chunegundes æmulati. Ingolſtadij
mulier dæmonem venatoris imagine nefaria ob-
ſcœ-

ſcœnè ſuadentem ſæpiùs conſpicata, illum pro-
nuntiatâ pugnæ ac victoriæ teſſerâ, IESV, & MA-
RIA, in fugam coniecit. Dilingæ quidam voto in
octo dierum interuallum caſtitati iurato illam pro-
pugnauêre: alij vt à mente inuiſas imagines ab-
ſtergerent, digitos momordêre, atque aliis ſup-
pliciis pugnauêre.

66. In Miſſione Veldkirchenſi quid crebra
& fortia hortamenta pro tuendo pudicitiæ theſau-
ro potuerint, præter alia, teſtis eſt Virgo, quam in
inſidioſis tenebris ad flagitium vrgere dum pergit,
nequicquam ab illa per quicquid ſacroſanctum eſt
flagrantiſſimè rogatus impurus tenebrio, inuoca-
to præpotentis Virginum Reginæ brachio, præua-
lidum lenonem terræ alliſit: cúmque de oſtio pro-
perè aperiendo, quod ſceleſtus ille occluſerat, an-
xia cogitaret, non ſine opinione prodigij, vltrò a-
pertum inuênit, & exiuit vincens; atque ad Eu-
chariſticum caſtitatis præſidium aduolauit, pro vi-
ctoriâ calculum candidum acceptura.

67. Eyſtadij fæmina puriùs viuere iam edo-
cta, damnatis præteritis, cùm ab eo, quicum lubri-
cè hactenus verſabatur, auelli percuperet, ille ve-
rò adhuc miſeram ad flagitium incitaret, illa æſtu
quodam cogitationis, vtinam, aiebat ſecum tacita,
vel ipſe tandem dæmon nos alterum ab altero ſe-
pararet! Vix hæc illa dixerat, cùm impurus ille
vertigine agi, gelido pauore adſtringi, Crucis ſi-
gnum moliri, loquendi facultate deſtitui cœpit,
dum denique in muto illo ſilentio animam in ipsâ

ſceleris meditatione deprehenſam, neque Sacı
mento expiatam egit.

68. Enſishemij facilius Virgini fuit pręſidiu
virginum Virgo. Ad hanc illa piiſſimo caſtiſſim
que ſuſpirio confugit, dum ſe à proco ad flagitiu
vocari videret, atque ab illo mox vltrò abeun
ſuæ victoriæ ac puritati eſt relicta.

69. Mindelhemij quidam ardore quàm pr
dentiâ maiore acceperat ea, quæ dicta erant de la
dibus caſtitatis. Quocirca inconſultus ille quiden
ſed excuſabilis, caſtiſſimi cordis contra cogitatic
num turbamenta defenſor, ſibi extremum ped
digitum amputauit, & ſenſum voluptatis dolo
oppreſſit, vt ſic hoſtem calcaneo inſidias olim p
raturum eliderct.

70. Ibidem alia nuper à Caluino ad Ortho
doxos tranſgreſſa, fortunarum iacturam præ fi
dei iacturâ maluit: eadem fidelis tam fidei quàn
pudicitiæ ſuę cuſtos. nam & violento lenoni tan
diu reſtitit, donec importunus aggreſſor, DEO ian
integritatis vindicias, & afflictę cauſam agente
occultâ vi humi proſtratus, & interemptus eſt, di
ra victima iræ DEI ac pudicitiæ attentatæ.

§. IX.

SVPERSTITIONES: DÆMON: deſperatio.

71. INgolſtadij quidam ſchediaſma iam inde
à bello Paſſauienſi petitum, ad parandam
ſibi

bi à vulnere per 24. horas immunitatem acquiſi-
erat, multo iam bellorum experimento laudatum.
bi quid eſſet didicit, vltrò Noſtro flammis abo-
endum dedit. Tertiùm ſe orco deuouere cogitan-
cuidam ſanior mens iniecta. Schedam alius de-
itionis ſuæ iam exarauerat: ſed illam contuber-
alis igni dedit, & alter ſanior ad nos meliora
onſilia capturus accurrit.

72. Eyſtadij non vulgariter ad aquæ luſtralis
enerationem facit id, quod in hæc ferè verba
erſcribitur: Fęmina ruſticana, vt pullos gallina-
um à milui vnguibus ſecuros & incolumes ſerua-
et, aquę illi, quę in Eccleſia pro ſacro Baptiſmi
uacro adhiberi ſolet, domum clam deportatæ,
ullorum roſtra, & vngues immerſerat. Cùm verò
llicita hæreret, quid reliquo ſacratioris vndæ fa-
eret, ne fortè minùs decenti loco profunderetur,
vaſculo cuidam gallinis ebibendum infudit:
d inuſitato portento tantundem ſanguinis è va-
ulo profluere aſpexit, quantum aquæ infuderat.
a rei inſolentiâ nō parùm conſternata, terram lin-
uâ lambere, cultróque radere conata, ad vicinas
ulieres accurrit, quid eueniſſet narrauit. Vnde
atechiſmorum noſtrorum fides eſt facilior, cùm
lam vident his à Deo mirabilibus affirmari.

73. Burghuſij alium anno integro deſperatio
d ſuſpendium, vel aquas, vt calamitates morte fi-
iret, agebat. hic ad nos delatus mitiora & lætiora
doctus reſipuit. Oetingæ ab homine, qui à neſcio
uâ duas hoſtias, eáſque vt aſſerebat, conſecratas

ac-

acceperat, Noſter vtramque extorſit. quarum il
alteram domi, alteram ruri ad arcendum vtrinqu
quoddam infortunium parabat defodere.

74 Bellizonæ venefica de ſe retulit, quòd cùı
ſceleratum virus per Pœnitentiam apud Noſtrui
deponeret, à præſente dæmone, toto illo ſacræ ac
cuſationis tempore ſe figuris variis oſtentante fu
rit peracerbè cruciata.

75. Ratisbonæ nonnemo non immemorab
li DEI benignitate ad frugem tandem conuerſu
eſt, Noſtro conſcientiæ ſecretis adhibito. Aieba
ille ſibi per noctem vigili obiectam aſinino capit
deformis cacodæmonis ſpeciem. vnde ille terro
ris quidem plurimùm, ac melioris mentis nihil pla
nè acceperit. Quare illum iterum ex inferno ho
ſpitem adfuiſſe, ac ſe vigilem, & eorum conſcium
quæ circa ſe agerentur, immani vi ab illo de lecto
proturbatum. Quapropter DEO per apparitoren
illum meliora monenti obedienter tandem eſt ob
ſecutus.

§. X.

SVBSIDIVM ANIMARVM purgatorij.

76. INgolſtadij hortatu ſtudióque cuiuſdam
è Societate, intra vnius anni curriculum
pro animabus, quę pœnas in purgatorio perſol-
uunt, collatâ plurium ſymbolâ Virgini Matri, ani-
marum illarum Præſidi dedicatâ, donatæ ſunt pre-
ces,

es, ac roſaria, quæ numerum nouendecim mil-
um, centum & nonaginta duorum attigerint,
onis nempe ad hæc pietatis inuenta ingeniis.
77. Burghuſij pia claſſis cuiuſdam iuuentus
ntum æris contulit, quantum ad cereos, & miſ-
ſacrificium ſuffecit pro animâ, quæ id auxilij à
rſonâ inope impenſiùs poſtulârat.
78. Conſueta quot menſibus per generalem
naxim ſubſidia purgantium animarum maiora
piunt incrementa. Certè Tridenti, loco hacte-
us haud ita frequenti, menſtruæ illæ animarum
dulgentiæ plerumque in ſerum vſque diei octo
ecémue Confeſſarios occuparunt.
79. Oetingæ piis Patrum ſtudiis in animarum
ratiam fauit DEVS. Ruſticus viſo quodam ad li-
eralem erga illas animas pietatem accenſus ad
os accurrit, & expiatâ paſtâque Euchariſticis
yſteriis animâ pro illis animabus preces fudit.
iebat is hoc ſe inſtinctu à DEO impletum, cùm
uoſdam pullâ veſte indutos in via conſpiceret, ac
einde centenos, vt minimùm, videret pontem
ongâ ſerie tranſmittentes, quorum verticibus ob-
uaſi ſplendoris lampades emicabant. Interpres eo-
um, quæ viderat, illi pœnitentia fuit, quâ animum
ſubeunte, dolebat ſe hactenus adeò fuiſſe ſo-
cordem ac parcum in piis illis manibus
enixè adiuuandis.

§. XI.

§. XI.

QVÆDAM DE LINGVA SELECTIORA

80. BVrghuſij prauam blaſphemæ lingu
conſuetudinem exuêre plures: aliqu
eleemoſynam pro ſingulis id genus prolapſioni
bus pependerunt; aliqui verò Salutationem Ange
licam toties iterarunt: vſque dum vincerent.

81. Friburgi Heluetiorum iuuit Noſtros, qu
ad concionem, vel in Catecheſi laborant in auer
tenda incondita verborum intemperie, vindicta
diuina ream irati parentis inconſiderantiam ipſo
in veſtigio aſſecuta. Infanti noctu præter modum
eiulanti dixit in rabiem actus Pater: Vtinam hæ
rabies eiulandi fauces tibi elidat, ac ſpiritum. Sta.
tim ad hæc verba velut parricidæ, infans eiulare
deſiit, & ſpirare.

82. Non poſtremus etiam nobis eſt labor in
iis, quos domeſticæ anguſtiæ ad egeſtatem vltimam
redegerunt ad ſpem erigendis. Eos inter vnus Ey-
ſtadij cum vxori moleſtus identidem diceret, ſe
denique viuendi ac extrema patiendi finem in pro-
fluente reperturum, illa tandem, abiret in nomine
Domini, quoquò vellet, reſpondit. Abiit ille ad flu-
uium: ſed cùm in aqua mergi vellet, nec poſſet;
domum ad vxorem redux gratias reddidit, quòd
in Domini, non dæmonis nomine abire ſe iuſſiſſet.
ſeruatum nunc à Domino: aliàs fuiſſe periturum.

83. Friburgi Briſgoiæ nobilis, at ferox, & li-

cen-

ntioris linguæ iuuenis, ab alio quopiam fortè
ſus, furore in Noſtros conuerſo, illos toto iræ
petu abominatos fœdè proſcindebat, & execra-
nibus, deuouebat; auſus etiam in Devm ac Dei
atrem ſtringere intemperantis bilis audaciam.
n Oeniponto ab Archiduce rei conſcio pœna
erebatur, cùm anteuertit Devs. Nam lecto affi-
s iuuenis, triginta continenter horis phreneti-
s iacuit ſine mente; tum denique vnà cum blaſ-
emiarum colluuie animam etiam vomuit, ſine
cramentis, aut vllo vnde ſalutis aliqua ſpes af-
geat argumento.

§. XII.

INDVSTRIÆ.

84. Bellizonæ per Quadrageſimæ Dominicos
dies manè Germanica Concio, poſt me-
liem Italicè pia quæpiam hiſtoria ſolatio, & ma-
o vſui fuêre. Illud verò memoratu planè dignũ,
gulis per annum diebus Dominicis è Collegio
onacenſi duos & viginti quâ concionibus, quâ
hortationibus, quâ Chriſtianæ inſtitutioni per
atecheſes habendæ fuiſſe occupatos. Vnde nemo
a non æſtimat, niſi cui fortè oculos lippa inuidia
betauit. Landishuti, Ambergæ, Enſishemij, &
ſſim per omnem ſenſim Prouinciam plauſum &
ıctum fert propoſito ad adorandum per certos
rni ieiunij dies Sanctiſſimo Sacramento, hiſtoria
uggeſtu narrata.

85. Am-

85. Ambergæ facta eſt maior labore pietati acceſſio, dum alternis hebdomadis apud leproſo quot hebdomadis verò in hoſpitali, & domo pau perum Noſtrum ægri & pauperes de diuinis au diunt diſſerentem. Mindelhemij pretioſiſſimus Euchariſtici myſterij, & Virginis Matris cultus no parùm accipit ſuauiſſimi incrementi. A feſto Cor poris Chriſti, & aſſumptæ DEI Matris, per oct dies continenter veſperi magno in concurſu Lita niæ cantatæ.

86. Inter induſtrias cenſeri poſſunt libri, mu nempe adminiſtri, & conſiliarij, hortatoréſque do meſtici. Neoburgenſes luci dederunt hoc ann conſiderationes de præſtantiâ gratiæ DEI. Dilin gani verò exempla tragica, de peſtiferis fructibu mortalium peccatorum; & linguâ vernaculâ pro lixam de S. P. Ignatio concionem.

§. XIII.

DIEM VLTIMVM HOC ANNO in hac Prouincia obière.

87. INgolſtadij 10. Aprilis breui febri è vit ereptus *P. Georgius Stengelius* anno abhin 67. Auguſtæ Vindelicorum natus, & 16. poſt ann Societati addictus: vir omni liberali doctrinâ in hu manis, Philoſophicis, Theologicíſque, in pauci eruditus; earundémque diſciplinarum per anno plures Profeſſor, ac Dilingæ Rector. dicendo & ſcribendo Sodalitatum & conſcientiarum guber

nanda-

ndarum vſu felix; amœnus, ac ſolidus. facilitate
à etiam apud viros Principes in nodis arduis diſ-
illima quæque, ac propè de quibus ne ſperare
idem iam libebat, expediebat tamen; amœnus
commodatâ ad tempus oratione ſuaſor Stenge-
s. Maior in hoc, & propè mirabilis, quòd inſe-
tiones non tanquam iniurias, verùm tanquam
neuolentis animi teſſeras, & ſpinas roſarum fœ-
ndas, lætus & gratus acceperit, cum aliâ tum
c imprimis difficillimæ virtutis opulentiâ omnes
eſauros ingenij ſupergreſſus. Homo vafer, malo
lo, Venetiis, appenſo pro hedera Stengelij no-
ne, parabat neſcio quid prælo mentiri. Huius
ſtrophas eâ manſueti ingenij ſuauitate auertit,
nec impoſtori, nec ſibi fraus ea fraudi eſſet. In
o doctrina citra ſupercilium, obſequentiſſimè
ura obedientiâ, & ipſa demiſſio non artificiosè
cta, ſed à virtute ſincera; & monitoribus nun-
am aſpera. Vnâ re cæteris præſtitiſſe, palmám-
e præripuiſſe creditum aiunt literæ Ingolſta-
enſes, nempe in hiſtoria ſacra per Dominicos, fe-
ſque dies verni ieiunij poſt Pſalmum 50. enar-
ndâ. die Palmarum vltimùm cum lacrymis per-
auit, breui dierum interiectu extinctus, & ab
cademia elogio nobili honoratus.

88. Dilingæ 19. Martij *Chriſtophorus Moli-*
adiutor, qui annos vitæ 74. Societatis verò 57.
umerabat. ob laudem nitidæ ſedulitatis, accura-
pauperratis, promptæ obedientiæ, impigræ cha-
atis amorem omnium aſſecutus. Neque minor

L his

his omnibus in difficili obtorti per morbum col
patientiâ illi laus conſtitit, etiam tunc tamen ſem
per impensè occupato. Apoplexiâ tactus S. Ioſe
phi diem ſibi ſupremum fore dixit, & illo die in
gentis patientiæ finem inuênit, poſt inteſtinos
ignes, famem ac ſitim interclusis faucibus ſæuien
tem, ac dolores alios inter piiſſima cum DEO col
loquia vel ſuſpiria exantlatos.

89. Halæ 17. Decembris vixit *P. VVolffgangi Schensleder* Monacenſis, anno altero & octogeſim
ætatis, initæ autem Societatis 61. vir artis Muſica
Græcè item & Latinè perquiſitè doctus, ac dili
gentiâ perpetuâ, docendíque labore apprimè vti
lis, etiam tenuioris fortunæ adoleſcentibus: quo
rum ſtudia vt promotum iret, ſupremis vitæ anni
Magiſtrum ſe illis dedit in arte canendi. Omnium
quę inter negotia interfluunt, temporum collecto
ſedulus fuit vſque ad atomos ac momenta, n
quæ temporum analecta otium ſibi eblandiretur.
Haud ſatis in facili eſt verbis exſequi, quantâ æſti
matione ſit veneratus, vt in omnibus, ita in ſingu
lis occaſionibus, ſanctam quaſi maieſtatem accu
ratiſſimæ paupertatis: & quàm ſalutaris exempl
fuerit rigida illa eius & perpetua erga inſtitut
ſanctitatem obſeruantia, quâ, etiam id ætatis vir
conſueta ſurgendi, comprecandi, & conſcientiam
perluſtrandi tempora quàm ſtudioſiſſimè retine
bat, vt hoc ageret, quod illa tempora iure quaſi ſuo
è legum ac maiorum placitis poſtularent. Cælitum
ſortis menſtruæ conſuetudine acceptorum tanta

in

illo, támque ſui ſemper ſimilis religio, vt raro
ſſimæ diligentiæ exemplo, Sanctorum & nomi-
, & gnomas, & virtutes; iam inde à 60. annis
rpetuò adnotârit.

90. Lucernæ *P. Ignatius Leonardus* Heluetus
dequinquagenarius, altero ac triceſimo poſtea-
am Societati ſe dedit anno, deceſſit. Memoriâ
æcis ac Hebraicis inſtructâ; ingenio ad omnes
entias cum laude fructúque docendas non im-
ompto. Vt variæ tempeſtatis cuiuſdam difficul-
es Friburgi Briſgoiæ, ac Belizonæ ſuâ induſtriâ
peraret, multùm ſudauit, multùm itinerum pe-
s, & ſarcinâ onuſtus exhauſit, magno illorum
miciliorum commodo, magno pro tuendâ So-
tate ardore, magnâ patientiæ in intuentium o-
is admiratione. Etiam in conuiuiorum lautitiis
nquam cibos, qui palato pauperi non conueni-
it, aut parſimoniam dedecerent, admiſit. Nihil
illo tumidæ tempeſtatis aut breuis etiam pro-
læ aduertit vllus: id quod etiam ſecularium ad-
rationem commeruit, amabili æquabilitate, re-
entiâ, atque adeò vocis ipſius leges modeſtiæ
nquam egreſſæ moderatione. Implicatos, è con-
entiæ flexibus facili filo educere, nationes o-
nes, charitate, cordis interprete, latè complecti.
decem ferè menſium morbo illius patientia ſem-
r inuicta, ſemper obſequi prompta, omnium ore
ut attonitè celebrata. Omnibus ritè peractis,
imum fuit, eum qui voti in Societate Sacra-
nti formulam recitaret dicentem ſequi; at-

que ita DEO nouè iterùm authoratum mori.

91. Bellizonæ *P. Vitus Schölhamer* Tirolenſ
ipſo S. Mariæ Magdalenæ die, quadrageſimo & a
tero ætatis, vigeſimo Societatis adeptæ anno, pr
uisâ iam ante menſes aliquot, quibus ſe illi con
nenter parabat, ſed ſubitariâ morte diſceſſit. Ap
plexia, quæ illum ipſo die manè afflauerat, min
eſſe periculo credebatur. verùm ille, cùm pro m
re quendam è noſtris Patribus confitentem abſo
uiſſet, ſe ſtatim contraxit, ter hiauit, & vixit. Pu
cher illi ſemper ingenuæ candor modeſtiæ, magn
ſuorum talentorum ſeu ignoratio; ſeu ſui potiù
etiam in ſanguine nobili deſpicientia, quæ illu
Grammaticæ, ac demum Oeconomiæ addixit.
paruulo quem de diuino amore conſcripſit libe
lo, per verbi *Amo* flexus omnes amorem ad omn
illius verbi numeros tenerè abſoluit pio ſanè in
genio. His quæ ſubiungo verbis deſcribendis, ipſ
è pectore hauſto ſanguine vſum affirmant annua
Amo igitur te, & amo te tot actibus amoris, im
tot millibus millionum, quot entia Angelus me
Cuſtos (vt maneam in finitate, nam finitum eg
ens infinitè agere non poſſum; ſi poſſem tame
te infinitè amare, vellem) intellectu apprehender
poteſt: & volo, ſtatuo, ac decerno; vt omnis mo
tus, actio, paſſio mea, omnis pars corporis mei, a
nima, omnis gutta ſanguinis, omnis arteriæ pulſu
verbum omne, cogitatio omnis ſit amore tuî: &
proteſtor contra omnem contrariam intentionem
niſi enim reflexiſſimè, & deliberatiſſimè, & ex

preſ-

eſſiſſimè (quod tu, Amor meus, auertas) aliam,
àm amorem tuî intendam, ſemper amorem tuũ,
honorem intentum volo. Vnde & religioſum
tum meum (in quo, obſecro, me conſerues) tibĩ
nſecratum volo, & ad tuî amorem directum;
ò & ipſam quam ſpero beatitudinem meam æ-
nam. Et ſi qui dæmoni ſe tradunt, ſanguine ſuo
pſi tradunt; quare non etiam aperto ſiniſtro la-
e meo, vbi cor latitat, cùm ipſum cor aperire
queam, ne vitam meam, quæ mea nõ eſt, ſed tua,
ittam, ſanguine meo me tibi conſecrem, immo-
, ſacrificem? Proteſtor ergo ego Vitus Schöl-
ner, quem ſanguine tuo, caro pretio, redemiſti,
òd corpore & animâ tuus ſim, & eſſe velim, non
t ſeptennium, decennium, aut plures annos, ſed
oc momento in omnem æternitatem, volóque
uprà. Accipe ergo, Amor mi, cautionem hanc,
oone eam in arcam ſacratiſſimi cordis tui : ibi
reconditam cuſtodi & ſerua : & in horâ mor-
neæ eam mihi & tibi iudici meo exhibe cum
ericordiâ. Sic ille.

92. Burghuſij 16. Octobris morte ſuaui, ſed
llegio acerbâ, &c. vitâ ſublatus eſt *P. Guilielmus*
eilhamer, Landishuti anno 1568. 22. Iunij na-
& in Societate 24 annos verſatus. Ne longam
m texamus, breuiter de illo verum eſt affirma-
llum adoleſcentiæ lubrica non lubricè, aularum
nda ſublimia non elatè, domi omnia infima cu-
è executum. Romæ cùm in Collegio Germa-
o ageret, B. Aloyſio Gonzaga in Theologia

commilite, amico, atque vt vocant repetitioni
Præſide gloriatus eſt. Peruſij Theologiæ Docto
ſubinde Cardinali Philippo, Guilielmi V. Baua
Ducis filio morum & conſiliorum arbiter, tum
Clemente VIII. Paſſauij ac Ratisbonæ Canonicu
& Ratisbonæ etiam Decanus, Ferdinando II. In
peratori, & Leopoldo eiuſdem germano vnicè ch
rus, oblatum ſibi ab illo Abbatis in Auſtria opule
ti honorem, ab hoc verò mitram, non admiſit;
quietem, quam præhabebat, amitteret. Nouo m
gni cuiuſdam Principis vectigali vnus obſtitit, q
tamen id tanti nominis amicitiæ daturus facillin
videbatur, maximè cùm omnes alij toto capite pr
ni annuerent. Cùm ea libertas conſilij damnar
tur, reſpondit; id ſe auditione à maioribus acc
piſſe, nouam vnius etiam nummi exactionem,
perennet, cum vnâ clade patriæ conferri, & for
anteferri debere. Quo ille conſilio omnibus cont
xus viribus pro bono publico, vt vectigal omitt
retur, non ſine magnâ ſuæ apud alios æſtimatior
acceſſione perfecit, tanquam qui etiam ſub al
authoritatis pondere animo ſtare, ac rectus eſſe a
deret. Prudentiâ ſuâ, & æquitate, illud à Rati
bonenſibus elogium ſcripto tulit, vt Decani m
nus rectiſſimè omnium geſſiſſe ferretur; liberal
tate, id apud religioſos quoſdam ordines eſt co
ſecutus, vt ſummi illorum Præſides vltrò illum
meritorum theſaurum plenâ communione admi
terent. Cùm verò ſibi omnia ex animi ſententia
fluere videret, ſapienter aiebat, ſe ſibi metuere,
hac

ac adeò molli ſemitâ non ad ſuperos duceretur.
rgo datis ad Mutium Vitelleſcum Soc. IESV Ge-
eralem (quem ſui amantiſſimum olim in Philo-
ophicis Præceptorem vocat) Anno 1626. literis
8. ætatis anno Societati adiungi petens ita con-
ludit: Ratisbonæ die 22. Iulij S. Mariæ Magdale-
æ feſto; quo denuò cum eâdem ſanctâ ad Chriſti
omini pedes in Reuerendiſſ. Pat V. perſonâ ſup-
lex accido: nec inde recedo, donec quod volo,
udiam. A Mutio magnâ voluntate ſuſceptus,
andſpergæ totus tiro, totus dignitatis ac ætatis
blitus; iis quæ mundus attonitâ æſtimatione pro-
equitur ſpernendis validus, iis quæ horret com-
lectendis auidus, commoda omnia fortiter aſper-
atus, octauo pòſt anno Profeſſis adſcriptus, &
urghuſij Collegio Rector datus, illi 6. annos
ræfuit, miti ſemper ac religioſo exemplo, ma-
nâ etiam Prouinciæ ſubortis litium laqueis ex-
licandis vtilitate. Solenne quinquageſimi anni à
rimo ſacrificium, diſſimulanter foris fecit, vt ea,
uæ Iubilæi nomine parabantur, eluderet. Ve-
tium præfecto rationibus adductis perſuadere ni-
ebatur, vetera ſibi eſſe magis præ nouis opportu-
a. interula illius à morte nulli vſui eſſe potuit,
deò trita erat & lacera. Ferè quotidianam, eám-
que cruentam ſuî diuerberationem addebat ad do-
ores domeſticos, duplicis herniæ atque ſtranguriæ
ruciatibus non contentus: & tamen ſacro tribu-
ali adeſſe primus, abeſſe vltimus notabatur. To-
as propè hyemis tenebras colendæ ac impensè ſa-

lutandæ è corona Virgini Deip. dedicabat. Pare
di denique ſtudium in illo enituit inter omnia n
gotia, & vbique ad puncta omnia exquiſitum,
omnibus infimi tironis, ac ſagaciſſimi Religioſi a
tibus accuratum.

ANNVÆ PROVINCIA HIBERNIÆ
M. DC. LI. ad M.DC. LIV.

I. DVodeuicenos de Societate habe quotidianis cladibus adhuc ſu perſtes Catholicum Hiberni Regnum, de quibus totus an nuarum contextus eſt, ſerie patiendi nunquan intercisâ ad mortem vel exilium quæri, & ta men animum non deſpondere, ſed contra ire ar dentiùs. Euocato ſenſim expertorum militum robore, Papiſmo (ita Romanam & Catholican religionem vocant) ſuprema minati hæretici re rum potiti, anno 1653. 6. Ian. edicto Parlament nomine vulgato, iuſſêre Ieſuitas, ac Sacerdotes & Religioſos omnes toto Hiberniæ Regno excedere, ita vt ſi quis poſt viceſimum ab edicto palàm pro. poſito diem intra inſulam reperiatur, capitis pœ nâ plectatur: fortunarum verò ac vitæ ſupplicio addicatur, quiſquis Religioſorum aut Sacerdotum Catholicorum quempiam foueat quodemumcun-

que

uę ſubſidio. Pro ægro, quíque ne pedibus quidem
nſiſtere poterat Patre dies aliquot petentibus, Gu-
ernator hæreticus in hæc ferê verba reſpondit:
i in iſto Ieſuita, toto reliquo corpore emortuo vi-
vel in vno pede aut manu ſupereſſet, eueſtigiò
li eſſet è Regno Hiberniæ emigrandum. Ita con-
ſtim à domo, vir id valetudinis, cælo frigidiſſi-
o ad 140. Italica milliaria, vnà cum duobus de
ocietate, ac Sacerdotibus aliis quadraginta ad
are eſt aſportatus, in Hiſpaniam aſpellendus, a-
is è Societatę aliò abactis, qui tamen patriam in
ilio reperêre materno vbique Societatis amplc-
u accepti, & ſingulis ad redeundum, ſi quà de-
r aditus, occaſionibus imminentes.

2. Vix vnquam, & quà quidem per omnes
tates annalium ſe memoria porrigit, nunquam ſi-
ilis Catholicæ communicationis inter Sacerdo-
s ac fideles intercluſio viſa eſt vel audita, cùm pa-
iæ ciues exules & ſemimortui viuant in patria
b iugo hæretico, ſub Argis exploratoribus in ſin-
ula centies oculatis, neque corrumpi iam facili-
us, quandoquidem à Catholicis nihil eſt, quod il-
os timore percellere, aut lucri delinimento poſſit
llicere, omnium facultatibus iam exhauſtis; hæ-
eſis verò ferro auróque armata, vel ex iis, quæ in
ibernia rapuit, plus & incommodi & lucri affer-
e poſſit, quàm Catholici vel minari vel promitte-
e valeant iis, quos id genus indagationis gratiâ
ſquequaque diſperſit hæreſis, vt ne quid per vllam
diligentiam omitti poſſet. Eapropter Patribus

per montium aſpera, & incerta ſiluarum, adeóq
inter paludes equiti palabundo inacceſſas dege
dum eſt, vbi exemplo ac verbo, diuinorum deni
myſteriorum firmamento Catholicorum erga
DEVM fiduciam alunt atque confirmant; ne ta
ærumnoſâ quidem latitatione ſat tecti, cùm ſag
ces ad lucrum ſuum ac noſtram perniciem venat
ci graſſatores perpetuâ graſſatione ſilueſtres b
ſtias (hoc iſtic Sacerdotum Catholicorum elogiu
eſt) per auia & inuia inueſtigent.

3. Hac cinctus indagine prouectæ non mini
virtutis quàm ætatis vir *P. Ioannes Carolanus* fam
demum enectus eſt. Alius è Sociis, vt olim S. A
thanaſius, in ſepulchro paterno latenter plus qu
anni vnius interuallo delituit. Alius vt palatim
ſparſam adoleſcentiam literis ac pietate imbueret
loco longè ac latè paluſtri ſolidioris terræ quid
dam nactus, ibi ædiculam molitus, in ſumma o
mnium rerum penuriâ illorum ope alitur, quorur
ipſe altor eſt educatórque in diſciplina literarur
atque virtutis. Alij cauerna profundior perfugiun
fuit atque latibulum, vnde identidem erumpeba
ad ſalutis proximi adiumentum. Neque procul
morte felici abfuit ea latitatio. Illam etenim odo
rati hæretici, latebroſum illum receſſum congeſti
prægrandibus lapidibus obruêre, vt Patrem ſimu
morte ſimul ſepulchro illo aceruali contumula-
rent. Sed operæ illi pretium ademit DEVS, qui Pa-
trem tunc id, quod erat, minimè ſuſpectantē, foris
interim in quapiam charitatis exercitatione deti-
nuit.

4. Quia

4. Quia verò ſic abditè latentibus diuino ſa-
rificio operari non licet, paratas iam ſuo, ac ægro-
um vſui ſacræ Synaxis particulas habent Noſtri,
uibus abſconditè cuſtoditis, ac tempeſtiuè de-
romptis, atrocium ærumnarum ſenſum abſter-
unt, maximè cùm ad ærumnoſæ cladis cumulum
norbus quoque graſſator acceſſerit, qui conta-
iosâ lue latè plures interimit; nemine tamen ha-
tenus è Societate correpto, cùm tamen ab id ge-
ius obſequio nemo ſe immunem ſeruauerit.

5. Varia pietatis opera communi Cathol. o-
nnium conſenſione per omnes colonias Deo pla-
ando indicta vſque adeò flagranter ſunt accepta,
t ne vnicus quidem in Hibernia vniuerſa fuiſſe
Catholicus videatur, qui non acerrimè in id incu-
uerit, ieiunio in triduum pane tantùm frigidáque
producto, id quod etiam à paruulis, & quibuſdam
antùm triennibus, perſeuerâ inediâ factitatum.

6. Denique ad omnifariam vel rei Catholicę,
el etiam gentis cladem, in Commatiam Hiberniæ
Prouinciam ſaxis ac ſolitudine horridam, faceſſere
iuſſi Catholici; & ne quid vel ibi moliri poſſint,
etiam inermes ac omnium egeni, ſuis impendiis a-
lere debent Parlamentariorum præſidia 70. veluti
locuſtas vltimum etiam id, quod eſt, deuoraturas.
Hi, ne quà Sacerdos Catholicus adeſſe Catholicis
poſſit, accuratè aduertunt, vt nihil iam illis ſolatij
ſit relictum; filiis quoque pretio venditis, in naues
Indicas compactis, & ad illas Inſulas ablegatis. Et
tamen Regni Gubernatoribus viros nobiles Catho-
li-

licos ad luculentam fortunam inuitantibus, m
dò Romano Pontifici ac Miſſæ Sacrificio valedic
rent, aures fortiſſimè negatæ. Malunt illi non t
tubanter fortunis, tecto, & filiis carere, ac ſub ha
retico exterminatorum iugo afflictam, ſed forte
animam agere; quàm chara pignora, domos, pra
diáque recipere, fide cum fluxis his commutatâ
palmare Catholicis annalibus argumentum, doc
mentúmque futuri, quid hæreſis in Catholicoru
fortunas, liberos, & capita audeat, quando aliqui
poſſe permittitur. Non niſi duæ iſtic ſunt ciuita
tes, quas ipſas veteribus colonis Catholicis expul
ſis, hæretici Anabaptiſtæ tenent, qui ſi quand
Noſtros è terræ ſpeluncis proreptantes inueniant
negant ſe nobis mortem irrogaturos, ne ad mar
tyrij gloriam aditum nobis aperiant, ſed exilio da
mnaturos. Et nobis quidem totâ deſideratione vi
deretur expetendum dulcius in materno Societa
tis ſinu in Collegiis exilium, quàm vt ſic exules in
patria ſeruitute immani premamur in ſolitudini-
bus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & cauernis
terræ, niſi præoptaremus noſtras & charorum ci-
uium animas in tanta hac patientia pro beatâ pa-
triâ poſſidere, ac pati plurimùm, vt illis aliqua-
piam ope iuuandis aliquâ penetrare poſſimus, o-
mnia prouidentis DEI tolerantiâ, hæreticis frenum
iniecturâ, nobis alleuamentum, ſi actuosè ſpera-
re non deſiſtamus, allaturâ.

DE

DE FONTE IESV, ET ARbore IESV nomine inſignita.

7. INter antiqua Sanctorum Hiberniæ monumenta celebris erat (apud oppidum
allimorum in Comitatu Weſtonidiæ, vbi res contigit, hodiéque durat, memorabili miraculo.) lo-
us ille, qui fons IESV appellatur. Imminebat
onti arbor opaca ingens, expanſis latè ramis
ontem obumbrans. Fiebat ad hunc IESV fontem
agnus & deuotus peregrinantis populi concur-
us; erátque locus publicâ gentis deuotione ve-
erabilis. Parlamentarij pro ſolenni ſuo in res
cras omnes odio, capto oppido; vt memoriam
otam antiquæ pietatis abolerent; arborem ex-
indunt; truncatíſque ramis in ſtipites breuiores
mnia ſecant; & igni adaptant. Res mira! In
ngulis diſſectæ arboris truncis diuinitùs graphi-
è ſculptum ſacratiſſimum IESV nomen apparuit,
on ſecus, ac ſi ſculptoris artificioſâ manu fuiſſet
ncisum. Inſaniunt ad id ſpectaculum hæretici;
t ſecuribus, aſciíſque nomen ſibi exoſum delere
eſtinant. Sed nulla ferri acies abradere poteſt no-
nen; quod cæleſtis faber, fabríque filius fixit in
gno. & quo minutiores in partes finduntur, di-
iduntúrque trunci, eò multipliciùs ſculptura
iuini nominis creſcit, & in vtraque fronte vtri-
ſque particulæ glorioſiùs emicat. Aguntur in
abiem infelices ſacrilegi: & ſtipites omnes ſacro
haractere notatos ignibus vrendos tradunt. Sed
non

Sed non eſt conſilium, neque potentia contrà Do-
minum. Iacent illæſa in camino ignis ardentis li-
gna nomine Domini ſignata; & quod ferrum
abolere antè non poterat, nec iam audet ignis at-
tingere. Hærent attoniti confuſíque inimici No-
minis & Crucis Chriſti: & conſilij inopes, ſce-
lus ſuum, quod negare non poſſunt, ſilentio te-
gunt. Hæc in literis ferè ad verbum. Benigna
& amica boni ominis apodoſis facilè obuerſatu
animo hæc legentis, vt vel ad illum fontem Iesv
ex arbore Iesv, in lignis illis characterem nomi-
nis Iesv per ferrum flammáſque tenentibus lega-
mus fore, vt ex Hibernia nullum ferrum eradat,
nullus ignis extinguat verum Nominis Iesv cul-
tum: & Societatem quoque Iesv, eam in rem, di-
uino nomini glorioſæ, Eccleſiæ autem & Hi-
berniæ vtilis operæ aliquid, pro
ſuo modulo, allatu-
ram.

ANNVÆ

NNVÆ PROVINCIÆ PERVANÆ

M. DC. LI. LII. & LIII.

QVadringentas octuaginta leucas pro ſuæ induſtriæ campo in nouo hoc Americano orbe complexa Societas, inter ſocios 400. ducentos habuit Sacerdotes, 36. Scholaſticos, . Nouitios; reliquum numerum domeſticæ o- ræ occuparunt.

§. I.

DE SACRAMENTORVM VSV, & fructu.

MAgno pœnitentium fructu proſeminata iſtic per Prouinciam eſt conſuetudo, vt ſemel, i- um,ac ſæpiùs quot hebdomadis tranquillis no- s tenebris plures ad nos in cœtum conueniant, quos breuis exhortatio primùm inſtituta illos corpora ſeriò caſtiganda, & animos abſque pro- gatione per pœnitentiam eluendos accendit; que amabile certè ſpectaculum Angelis, dum n ſeriò alij ad ſe verberandos, alij ad conſcien- m lacrymis ac Sacramento expurgandam toti tendunt; adeò vt noctes illæ dierum & anno- m ſint emendatrices, & magiſtræ.

2. De

2. Durâ ſanè ac laborioſâ indagatione,per ſa
xorum prærupta, & plena periculis auia deuiáqu
reptauit non vnus inueſtigator è ſociis, qui hom
nes inter feras reperiret, ac Sacramentis idone
redderet, non minore ſolatio quàm labore: cùi
in non paucis perdita morum ferocitas, & inue
teratio ſub Chriſti iugum miſſa, edomita ſit,
manſuefacta. quibus non minor educatrix, quà
inuentrix induſtria eſt adhibenda. Non deſunt ta
men, qui à priſtinis deſuefacti; deſultoriâ leuitat
quàm procul à Sacramentorum vſu frequenti abe
unt, tam altè redeunt in antiquam ferociæ ſiluam
atque barbariem. Horum vni, æditui Recuaya
no, perſpicuâ enuntiatione dixit Patrum quidam
vt caueret etiam atque etiam, ne qui ob ebrieta
tem à Sacramentis,veluti vitæ fontibus abſtineret
ab eâdem enectus miſerè interiret. cui enuntiat
dies poſtera fidem fecit, quâ ille heſternâ crapul
grauis, vitam ferè ſine Sacramentis actam,ſine Sa
cramentis miſerabiliter ac repentè abrupit.

3. Non minùs miſerandus fuit exitus adoleſ
centis in Huarás,quem vitâ flagitiis prefractè dedi
tâ ſummouit mors. Cùm enim Confeſſarij de So
cietate cuiuſdam prædictionem obſcœnus irriſo
petulanti cachinno palàm traduceret, haud ita
multò pòſt nocte quadam pugione confoſſus ex
ploſam Patris vaticinationem cruentâ & præpro
perâ morte impleuit, neque vllus è ſeptem vicinii
Sacerdotibus eſt repertus,qui obſcœnam illam a

nimam

mam in tam præcipiti migratione ad æternitatis
bunal componeret.

4. Sacerdos implicitè omnino in ſordibus ſuis
ueterauerat, intolerandâ licentiâ, vſque adeò
ne æger quidem vellet ſapere ſaniora. Interui-
bat hunc amicus pius & locuples, & Patrem de
cietate ſecum adduxerat. At ille interitioni æ-
rnæ iam maturus, totum cumulum exaggeraue-
t peccatorum. Sæpe illi præſignificatum erat
riculum: & inſtabat intermorienti amicus ac
ter; ſed ille in ſenſu reprobo pertinax, oculos
c atque illac, & corpus in lecto verſans, defixo
parietem obtutu proteruum ſpiritum horrendâ
orte ad viuorum & mortuorum iudicem dimi-
.

5. Alius item quidam de Patris pro concione
elera nimiùm exagitantis, tanquam ipſe vnicus
titus eſſet, acerbitate conqueſtus, magis exul-
rauit animum, cùm ab illo priuatim audiuit fo-
, vt niſi ſe à conſceleratâ ſordium, infamíſque
gitij conſuetudine ocyùs auelleret, à DEO vin-
ce propediem exturbaretur è vita. Neque adulte-
: ſuæ frequentationem deſiit; cùm non multis
ebus interlapſis nocte quadam adulterâ in do-
o deprehenſus, contaminatiſſimam animam ſub
us, quam turpiter adierat, amaſiæ mariti pugione
liquit.

6. In Cuſquenſi Collegio tanta Sacramento-
m ſitis, ac templi amor eſt, vt cùm horrendo ter-
: commotæ quaſſu pars templi corruiſſet, reſti-

M tuen-

tuendis tempeſtiuè ruinis certatim ac vltrò pop
lus omnis, Indíque confluxerint; & ipſæ quoq
Hiſpanæ fæminæ cumprimis nobiles,ad operas a
uolarint, & manus ad moliendam terram, later
que impigrâ hilaritate admouerint, vt aulam S
cramentorum ſuo etiam labore citiùs reſtitutam
lætiores aſpicerent. In Potoſino Collegio Ind
rum plus quàm quatuor millia pœnitentiâ expia
Ibi vires hauriunt ad occaſiones peccatorum f
giendas, fugandas, ſuperandas. Vna quædam in
portunam locupletis Domini ſui libidinem, co
ſulto priùs confeſſario, relictis quæ habebat omn
bus, pauper effugit, vt caſtitatem paupertate re
meret. Puellam ſexdecim tantùm annos natam,
pro ſacro tribunali ad ſubita periculorum comm
nitam, cùm domum rediret, impudicus adoleſce
fallaciter primùm, deinde vi vrgebat ad ſcelus.
illa virtute viribúſque illo ſuperior, & vim vi,
integerrimâ pudicitiâ illecebras ſuperauit: id qu
in hiſce populis non eſt in minimâ æſtimatione p
nendum.

7. Orurenſe Collegium duos narrat, qui i
ſto metu conterriti pro conſilio & ope trepidi a
currêre. Fæmina vt morum turpi deprauation
turpificatorum teſtes ciuium oculos effugeret,
foris impuris cum quodam ſcelerato amoribus
centiùs ac effrenatiùs ætatem proſtitueret, per di
aliquot foris egerat. Verùm cum lenone ſuo in v
bem reduci, & petulanter in omnem cantuum ſ
tuúmque laſciuiam effuſæ, in fulmine illuxit DE

Etenim

enim poſt grandinem, fulgura, & alias turbati
li minas, fulmen in medium amaſij amaſiæque
ratum eſt, & illis illæſis, ſummos tantùm gale-
igne ac fumo notauit; ſed vtrumque ſalutari
ore perſtrinxit; ac meliore erga tam beneficum
VM amore accendit. Narratis enim iis, quæ ac-
erant, vterque Sacramentis totam animi ſen-
am exhauſit; & fæmina quidem veſte quoque
lori animi concolore, ac pœnitentiæ teſte indu-
ita vniuerſas muliebris mundi illecebras abie-
vt in abiecto ſago, & inſigni corporis cruciatu
è ac ſeuerè pœnitentium vitam degat.

§. II.

BEATISSIMA VIRGO DEIPARA.

8. IN eo inter potiſſima eius populi adiuuan-
di adminicula pia induſtriarum excogita-
eſt verſata, vt in illorum mentibus auguſta quæ-
m erga DEI Matrem æſtimatio ac ſuauiſſima re-
io gigneretur. In conflatis eo nomine cœtibus
enixè agitur, ne quis erga eam inofficioſus, ne
is incurius eſſe velit. Obſecundat his noſtris co-
tibus auguſta miſericordiæ Mater, ac illud no-
en magnis experimentis tuetur. Ad Piſquenſe
ollegium certè illuſtris mulier accurrit, quæ ad
, à quibus per annos plures per profligatam vi-
ndi licentiam abhorruerat Sacramenta, ſe à DEI
atre adductam dixit. Aiebat enim ſibi dormien-

ti feræ immanis obiectam ſpeciem, à quâ cùm iai
ſe deuorandam putaret, per preces ad æternæ Vi
ginis opem toties laudatam accurriſſe. illam ver
protinus adfuiſſe, ac timentis capiti manum beni
gnè admouiſſe. Tum ſibi à timore, à ſomno, ab in
dignâ & intolerandâ peccandi temeritate experr
ctæ mentem eam iniectam, vt præproperâ feſtina
tione ſe à dæmonum ſeruitute, ad tam bonæ Dom
næ obſequia piè perſeuerantérque transferret.

9. Maius quiddam apud Orurenſes actum. Il
fæmina per octo ipſos annos in voluptariis inf
mium ſcelerum volutationibus egerat procul
parentum oculis, quos tanquam ſeueros monit
res perdito conſilio, fugâ deſeruerat. Morbo affl
cta, ne tum quidem integrè ac dolenter, ſed, vt
liàs, temerè ſacrilegéque confeſſa eſt; & vbi à mo
bo conualuit, ſuis fœditatum nuperarum vorag
nibus iterum ſe immerſit. Iterùm ægritudine gr
uiore proſtrata, cùm iam ſine linguæ ac ſenſuu
vſu iaceret, horrendum ſpectrum inſtar turbinis i
cubiculum ingreſſum tremebunda conſpexit, cúm
que iam de ſe actum, ac ſe à ſpectro illo truculen
to laniandam exiſtimaret, vicinum fortè DEIpar
Filium ſinu complexæ ſignum anxiè ſupplicité
que arripiens opem à potentiſſimâ, & ad iuuan
dum ſemper volentiſſimâ Virgine poſtulauit. A
fuit tremefactæ ac ſupplici DEI Mater auguſto v
ſtium candore pulchritudiníſque immenſæ mai
ſtate amabilis. Turbidum illud ſpectrum vnic
Virginis aſpectu perſtrictum, ſine morâ euanuit:

ægram

gram accedens cæleſtis Regina benignâ dignatio-
e manum ægræ fronti admouit; ſudorem indul-
enter, ac inexplicabili cum teneritate abſterſit;
: ad confeſſionem ritè ſanctéque peragendam e-
ixè, ac dulci efflagitatione hortata eſt. Atque id
gere parantem auditurus Noſter, adhuc inter am-
lexus MARIANæ imaginis ac diuini paruuli de-
rehendit.

10. In Limenſi Collegio Patres Indo ad Pa-
ochum ſuum Dominum redituro viatici loco id
iam atque etiam commendauêre, vt toto itinere
SV, ac MARIÆ religiosè meminiſſet. Hunc flu-
ius Barrancanus impetu per illud iter abripuit, a-
eò vt è comitis miſerantis oculis ſit planè ſubla-
ıs. Iam domi pro deplorato habebatur, cùm octa-
o ferè pòſt die, ſeu nocte potiùs intempeſtâ, in Pa-
ochi quidpiam lucubrantis cubiculo adfuit mi-
um planè ſpectaculum. Rogatus ecquid actum eſ-
t, reſpondit, ſe à fluuio illo iam propè in mare
gendum, Patrum IESV & MARIÆ memoriam to-
itinere habendam impensè hortantium moni-
, illa duo ſacra nomina, veluti totidem vitæ teſ-
eras, inuocaſſe, atque ſic agenti ignotum equitem
dfuiſſe, à quo porrectâ peropportunè manu fue-
it extra periculum conſtitutus, vndequaque ſal-
us atque incolumis.

§. III.
DEDICATIO TEMPLI.

11. CAllaenſe Collegium templi ſui dedica-

 tio-

tionem, & ſacrorum lipſanorum in templum
uum tranſlationem maiore, quàm de loco illo c
di poſſit, maieſtate celebrauit. Maior Limanæ
bis pars gratulabunda cõfluxit. feretre Sanctor
liberaliter & auguſtè ornata. 40. pueri Angel
cultu inſignes, dicuntur proceſſiſſe auri ac mar
ritarum theſauris lautè ornati. Cleri grauitas,
ciorum Limanorum inuſitata frequentia, conſi
táque, &, cùm inter plures viſitur admirabilit
quadam veneranda, modeſtia, integræ peditur
præſidio centuriæ, campanarum ac tormentor
æra reſonantia, ignes toto cælo ſparſi, collium
ſtigia collucentibus vndequaque lucernis illuſtr
publicus ciuium, ac religionis plauſus, teſtaba
tur, & incitabant publicam lætitiæ granditaten

§. IV.

DE P. ANDREA OVIEDO.

12. SAnitatem à DEO *P. Andreæ Ouiedi* I
triarchæ in vita ac poſt mortem mag
virtutis famâ illuſtris ope impetratam dabo to
dem verbis, quot ipſe retulit, qui accepit, & ad I
mani Collegij Rectorem miſit in hæc verba: E
Antonius Quinterus Princeps (cognomen id i
eſt) Hueluæ in Hiſpania natus, Comitatus de N
bla, huius vallis Ingenij de la Naſca dicti incola,
dem facio cum omni veritate, me quodam die ili
co dolore adeò forti correptum, vt nec pedem n
manum poſſem in lecto mouere, nec in latus n

ver-

ertere, imò neque palpebras eleuare. Erat ſiqui-
em dolor, qualis ex pugionis transfixione contin-
it; & ita terribilis, vt perſuaſum haberem me vi-
am finiturum, ſi per duas horas vlteriùs perdura-
et. Cúmque innumera adhiberentur remedia, nul-
um ex eis leuamentum, ſed potiùs doloris incre-
nentum erat. Tunc in mentem mihi venêre ma-
nalia, & miracula Patris Andreæ de Ouiedo, quæ
n primo tomo de vitis Sanctorum, & virorum il-
uſtrium Societatis IESV perlegeram; & plures,
tiam gentiles, & infideles illius interceſſione ſa-
utem conſecutos. vnde ab ipſo remedium malo
neo, vt à DEO ſuis precibus obtineret, poſtulaui.
Mirum dictu! ſtatim ſanum me deprehendi, & abſ-
que dolore vllo, vt è lecto exilire poſſem, acſi mali
nihil habuiſſem. Quod ita accidiſſe proteſtor, ad
honorem & gloriam DEI, & ſancti ſui, & ſi opus
fuerit, iuridico iuramento confirmabo. Ex illo e-
nim temporis momento ſingularem illum mihi Pa-
tronum elegi, deuotus ex animo. & vt notum ſit
omnibus, meo ſubſcripſi nomine 22. Iulij Anno
1651. Antonius Quinterus Princeps.

§. V.

MISSIONES.

13. ETiam hactenus narratorum non pauca, fuêre miſſionum ſeges ac meſſis. Nunc reliqua innuemus. In confertâ concione Noſter illud Ioannis exclamans: Pœnitentiam agite; appro-

pinquabit enim regnum cælorum : mirum in m
dum animos accendit ad cælum facili, vt ille oſte
debat, modo lucrandum. Miſſionis etiam cuiu
dam fructus eſt pudica illa, quæ à concione d
mum redux, cùm diram quamuis mortem ſe mal
ſtatueret quàm peccare, re ipsâ lenonis ſui glad
cæſa victima cecidit, ac iram eius potiùs quàm l
bidinem explere elegit.

14. Quidam luculentus de ſeipſo teſtis dole
ter faſſus eſt, ſe ſacrilegum peccati neſcio cuius
lentium auditâ Patris in miſſione fulminantis co
cione abrupiſſe. ac manifeſtè ſibi clarum eſſe, da
monem ab eo ſe itinere auertere voluiſſe. Verù
cùm equum ſuum repentè claudũ aduerteret, in
poſtoris inſidias odoratũ, & equo vicini ad miſſi
nis locum aduolaſſe, atque tunc veterrimum illu
nempe quatuordecim annorum vlcus, eâ Patr
auditi occaſione ſalutariter diſruptum fuiſſe atqu
curatum.

15. Sed Miſſionibus illud quoque ſtabilime
ac firmitudinem dedit, cùm illas etiam contra in
temperantioris cuiuſdam linguæ petulantiam de
fenſas vidêre quamplurimi vnius cuiuſdam exem
plo perdocti, qui viſo noſtro hoſpite inter miſſio
nis conciones impensè ſatagente, piæ illius pere
grinitatis tædio, ſeu rerum odio diuinarum. Ec
quid, inquiebat, importunus hic Pater ad nos con
cionis ſuæ causâ quotidie aduentat? An fortè no
bis concionator deerit in inferno? Non peregri
natorem Patrem, ſed ſeipſum illo linguæ ſuæ tel

per-

erſtrinxit. Etenim eâ ipsâ nocte teterrimis in brachio cruciamentis exagitatus, rabidos inter clamores eiulabat vt canis, & ipſo die poſtero ſicâ in brachio ita eſt vulneratus, vt miſerè interierit.

§. VI.

EXEMPLORVM NARRATORVM vtilitas.

16. LAtè vtilitérque manauit grata non minùs ac vtilis, quàm populo ad audiendum ac retinendum facilis exempla narrandi conſuetudo, quæ certè quaſi flabellum eſt virtutis, ac ingens flagitioſarum libidinum, aliorúmque dedecorum frenum. Quidam qui per ipſos 40. annos flagitium quodpiam ſacrilegio nō vno abſconderat, ſecum ipſe anxius diſceptator, tandem tali ſilentio inflictam in alio pœnam horrendam, in exemplo magnâ cum animi concitatione narrato, vt audiuit, ſeriò conterritus plus ab vno illo exemplo retulit fructûs, quàm à laciniosâ centum concionum elegantiâ retuliſſet; id quod alij quoque experti ſunt.

17. Alius non abſimili ſcelere abditas ac penetrales conſcientiæ ſordes in corde ſtagnantes tenebat, & audebat ad cæleſtem Synaxim ita multifariam contaminatus non ſemel accedere. Accidit tandem, vt Sacerdotem Synaxeos miniſtrum ſacræ particulæ deficerent, cùm iam ad illum Euchariſtiâ impertiendum ventum eſſet. Quare poſt Sa-

 crum

erum alterum accedit ſacrilegus, ac tremendum myſterium audax accipit. Verùm inter accipiendum à globulo immenſi luminis oculis obuerſanti perſtrictus ac tremefactus, firmè ſtatuit, nunquam deinceps ad confeſſionem aut communionem accedere. Verùm poſteaquam boni Angeli ductu ad exemplum audiendum, quod flagellationi ſecretæ præmitti ſolet, venit; adeò totus in alium virum mutatus eſt, vt omnem rei geſtæ ſeriem Patri, qui exemplum contentâ voce, ac magno audientium ſenſu dixerat, enarrârit; peccata quoque ritè confeſſus.

18. Alium denique non minùs flagitioſum procraſtinatorem Chriſtus Cruce onuſtus vultu ac voce perſeuerâ commonuit. Et adhuc negligenti atque id ſomniantis imaginem fuiſſe interpretanti, alterâ nocte adeſſe viſus eſt ad columnam diro laniatu cruentus IESVS; qui ad lectum dormienti accedens, dixit: *Reſpice quàm crudeliter propter tua ſcelera ſim tractatus, confitere peccata.* His ille mirum quidem in modum perculſus, at necdum certus conſilij abit ad Societatis templum, vbi Pater exemplum pro more narraturus, ſe ſe ad mutandum exempli narrandi argumentum permoueri ſenſit, & quâ potuit vocis ac argumentorum flagrantiâ diuinæ miſericordiæ theſauros infinitè immenſos aperuit. Quæ res nocturnis illis Chriſti ſpectaculis vocibúſque coniuncta efferum pectus peruicit tandem, vt vitæ vniuerſæ flagitia citra moram expiauerit. Inter alia verò vitæ ſecundùm DEVM

insti-

nſtituendæ ſigna, illud quoque fuit, quòd ſanctio-
re Chriſti patientis hebdomadâ in publicis ſuppli-
cationibus ſeminudus, ferreíſque catenis onuſtus,
ac in ſe flagellis dirè deſæuiens inceſſerit.

§. VII.

NOMINA ET ELOGIA vitâ functorum.

19. Limæ 7. Sept. obiit *P. Petrus Ignatius* ante annos ferè LXXIV. Chuquicachæ nobili ortu natus, & ante annos LVI. Societatem ingreſſus, & ante XXVII. 4. votâ profeſſus, magnâ ſanctimoniæ famâ eouſque celebris, vt eius cadauer à fidelibus illius veſtium auidis propè nudum ſit relictum. Duo in illo palmaria. alterum, quòd ad varia & præclara alia idoneus licèt, citra vllos magni. loquentiæ aut magnificentiæ ſplendores in Grammatica pueris inſtillanda ipſos XXX. annos peraccuratè impenderit: alterum, quòd ſitu, vt ſic dicamus, atque colore virtutis non mutato, talem ſemper ſe foris geſſerit, qualem primus tyrocinij annus formauerat: intus tamen virtus illi eminens & matura.

20. Ab hoc proximus fuit *P. Petrus de Molina* Valdiuiâ Chilenſis, 4. item vota profeſſus. Rector Collegij D. Martini, vir magno natu, vtpote LXXVII. annorum; & virtute æquè maturus. Ante hunc XXII. Iulij *P. Benedictus Ignatius*, & poſtea *P. Franciſcus Munnos*. diſceſſêre de vitâ, vterque ſpiritua-

tualis Coadiutor fructu, ac exemplo inſigni. XVII. Decemb. *P. Ferdinandus Alphonſus Nauarro* inte primos optimæ notæ concionatores non poſtre mus. ante XLVIII. annos Chuquiçachæ natus, ant XII. votis 4. ſolennibus illigatus. Talento ſuo no in ſplendoribus tantùm illuſtrium Cathedrarum ſed ad imam plebem vſus egregiè. Aiunt morti pro ximum plura præſignificaſſe, quæ ita euenerint.

21. *P. Ioannem de Victoria* 43. æt. anno coli ca extinxit, qui poſt artes liberales Theologiam, a deinde Collegij Cuſchenſis curam cum laude tra ctauit; lautâ illuſtris ibidem domus hæreditate i Collegium, eleemoſynáſque effuſâ. In Pacen Collegio deſiêre viuere *P. Franciſcus de Aillon* Pro feſſus; & *P. Ferdinandus Perez de Soria* ſolidâ vir tute, humilitate, laboribus vterque clarus. XI. Apri lis Anni 1652. Limæ vitâ functus eſt *P. Antoniu Ruiz de Montoia* Paraquariæ Procurator, quem vir tutibus illuſtrem, & miraculis admirabilem ferunt Particulatim aliqua è Paraquaria expectamus.

22. 3. Auguſti 1652. finem vitæ impoſuit *P. Humbertus Coronado*, olim *Berdunc* in Brabanti natus ante annos LXIX. vir ſine querelâ tranquill placidus, & in docendis Grammaticis diu magnâ harum partium vtilitate verſatus. Huic proximu deceſſit VII. Octob. *P. Laurentius Melgar*, virtute ac Philoſophiam Theologiámque docendi laude præſtans. Beatiſſimam DEIparam variè ac tene rè coluit, illius peruigiliis pane frigidáque con tentus. At innocentiâ illam potiſſimùm imitari

con-

ntendit, adeò vt qui morti proximum audiuit,
48. quibus vixerat annis, materiam abſolutionē
gnam vix potuerit reperire.

23. Die S. Noſtri Xauerij à nobis ad æternā
anſiit *P. Didacus de Cordoua*, nuper nobis adiun-
us, vir nobilitate, Limenſi Canonicatu, apud Præ-
tos authoritate, pulcherrimâ in maturo vultu
odeſtiâ ſpectatiſſimus.

24. Anno 1653. 20. Ian. diem vltimum vidit
. *Franciſcus Guerrero*, Piuræ ortu illuſtris. 72. vitæ
nnos natus, in Societate verò annis abhinc 38.
. vota profeſſus. Græca, Mathematica, Humanio-
, Philoſophiam, Theologiam & ſciuit, & docuit;
Franciſco quoque Suarez in arduis perſæpè vtili-
erque conſultus, ac magni habitus. Procerum
li corpus, & animus excelſus ad virtutem exi-
iam; ſuauis & manſueta eique omnibus chara
nī demiſſio ſuggerebat omnibus, quod in viro
ot DEI donis cumulato amarent ac æmularentur.

25. 14. Febr. anno 1653. plenus dierum diem
xtremum obiit *P. Nicolaus Maſtrilli Duran.* ante
7. annos, Nolæ in Campania natus, ante 49. an-
os 4. vota profeſſus, anno Societ. initæ 68. ſecu-
arem militiam cum Chriſti vexillo ita commuta-
it, vt Peruana in Prouincia per annos 50. ſocios
audatè gubernauerit, Procuratoris, Rectoris, Pro-
incialis munere ita functus, vt à pluribus Pater
Prouinciæ diceretur.

26. In Cuſchenſi Collegio Anno 1651. 11.
Maij *P. Ioachim de Oliuares*, & 19. Aug. *P. Paulus*
de

de Prado, Profeſsi extincti. vterque præ ſplendidis quæ vel foris vel in Societate poterat, ad Indorum Catecheſin demiſsè; ſapienter ac eximio cum fructu ſe abiecit. Quos 18. Iunij ſecutus eſt *P. Franciſcus de Cepulueda*, magnæ foris famæ, apud nos autem poſt Theologiam per annos plures doctam, inſignis in Indorum magiſterio Catechiſta.

27. Anno 1651. 10 April. vitæ cum ſingulari virtute actæ ſanctum finem impoſuit *P. Iſidorus de Saauedra* Limæ ante 64. annos claro genere natus, & ab annis 13. inter 4 vota profeſſos adlectus, contra dæmonem ſpectabili ſpecie ſe ſe offerentem non ſemel victor. S. P. Ignatium & Xauerium necdum in Societatem admiſſus ad ſe viſendum aduenisse lætus vidit. Sed & glorioſam cæli Reginam per omnem vitam ſæpiùs cæleſtium lætitiarum plenus aſpexit. Admirabilis fuit in religioſiſſimo erga illam ſtudio ac amore, qui certè in illo nunquam otioſus aut ſegnis fuit, vtpote qui in Iſidoro incorruptam Baptiſmi fidem citra vllius noxæ grauioris maculam conſeruârit.

28. Præter hos, laborum finem accepêre fratres etiam quidam ad operas domeſticas, tam viribus idonei, quàm impigri voluntate, quam pietas condiebat. Duo ex iis è Platenſi Collegio nominatim laudandi. *Didacus Aluarez* 6. Febr. 1652. mortuus anno ætatis 60. quem præter alias virtutes tanta fidelis Deo mentis integritas commendabat, vt per omne tempus, quo nobiſcum vixit, nullâ vel venialis culpæ cum aliqua deliberatione

com-

ommiſſæ conſcientiâ morderetur. In vigilia ve-
naſcentis Virginis, ad eandem ſtudioſiſſimè in
nni vitâ honoratam diſceſſit *Ioannes Gimenes* an-
æt. 64. qui incenſionem arundineti noſtri in
ædio ſtatim atque ſe in preces dedit, ſtitit.

ANNVÆ PROVINCIÆ POLONIÆ

M. DC. LI.

TRibus Collegiis bello ſeruili diſperſis, in 29. domicilia hæc Prouincia ſocios longè ac latè diſtributos habet ſeptingentos ſeptuaginta ſeptem: quorum è numero ſacris utoratos 374. vitâ perfunctos 14. quorum in locum tres & viginti ſuffecti ſunt, Scholaſtici vndeiginti; ad ſeruiles domi operas auxiliares quauor. Caſtris quaterni, peſte contactis quini ſuam peram addixêre. Prouinciæ, in re literariâ, Toruenſis Philoſophiæ facta eſt hoc anno acceſſio, Anæ Paprockæ Culmenſis Antiſtitæ, ac religioſi, cui præeſt, cœtûs liberali voluntate.

§. I.

ERRANTIVM AD FIDEM REDVCTIO.

2. AB errore vario vindicati centenis plures: nouem à Schiſmate, ab Ario ſeptem,

Ethni-

Ethnici Scythæ duo, Iudæi nouemdecim, & qui dem nonnulli viſendo apparatu. Leopoli lautæ fortunæ Lutheranum, indulgentiſſima Societati charitas ad Chriſti fidem adduxit; cùm videret mortales vltima mendicitate proſtratos conquiſitis vndequaq; leuamentis à Societate foueri; quos inter non paucæ fuêre matronæ nobiles, quas re bellatrix illa tempeſtas, velut naufragas, fortunis omnibus, adminiculóque deſtitutas, erubeſcentes alienæ miſerationi reliquerat.

3. Gedani homo hæreticus domum ſuam dæmonum tumultuatione turbulentam coram Synagogæ ſuæ miniſtro acriter ac dolenter queſtus, cùm ibi nequidquam opis acciperet, inquies anim ad alium, ſpem & querelas retulit. Sed & ibi ſpe ſu deiectus, ad Noſtros demum ſupplex acceſſit. E verò ſucceſſit res ex animi planè ſententiâ. Conſue tâ enim Eccleſiæ formâ, vbi luſtralia ſunt peracta ceſſit quidem ex ædibus dæmon, ex hæreticorum animis non item, à quibus cùm confertiores ad ſpectaculum confluxiſſent, nihil præter ſterilem attonitámque admirationem relatum eſt.

§. II.

DE SACRAMENTIS.

4. BAptiſmo à nobis expiatos geminos cælo ſtatim aſſertos piâ ſpe ducimur. Alter fuit Scytha Rauæ ab infeſtâ latronum manu mortiferâ nec vnâ vulneratione ſaucius, qui ab expeti

to, &

, & accepto Baptiſmi, ac viatici Euchariſtici Sa-
amento confeſtim immortaliter requieuit. Alter
Choinecenſis domicilij Sacerdote miro proui-
ntis DEI fauore, & Baptiſmo, & breuì ſepultu-
donatus eſt. infans is erat, quem infami partu e-
tum mater adultera vliginoſo in receſſu abſcon-
tè impiéque abiecerat, breuì inexpiatam animu-
n editurum, niſi fideli cuiuſpiam admonitu No-
rum bonus genius adduxiſſet.

5. Ex eâdem Choinecenſi ſede mirabili tem-
ſtiuitate in pagum Byſlawek appulſus Noſter fę-
inam reperit longo ſenio, & morbo fatiſcentem,
iæ ſuis ad mortualem lectulum diu vigilibus, &
m agone tam longo feſſis negabat ſe vitam niſi
oſt Sacramenta finituram. Et verò prouixit, vſq;
um Pœnitentiæ, viatici, ac ſanctæ Vnctionis my-
eriis præparata, inuitato ad ſuas in ſequentem
em exequias noſtro illo Patre, feſſo corpore ſo-
ta eſt.

§. III.

DE SS. POENITENTIÆ, ET EVCHA-riſtiæ Sacramento.

6. CRacouiæ quidam diuino ſæpiùs inuita-
tu ad obeundum hoc Sacramentum ac-
erſitus, & cunctabundus ac peruicax, adeò de-
nùm acriter ſe perpelli perſenſit, vt ad noſtrum
emplum aduolans diceret ſe à genio quopiam va-
is miſſilium telorum ictibus appetitum; validio-
e nempe iam inuitamento compulſus.

7. Ibidem adoleſcens ad reducendum à co
ſcientiâ peſſimè pudibundâ ſiparium, Angeli C
ſtodis admonitu, ac æternæ apud inferos capti
tatis comminatione compulſus, cùm intellige
ſe, ſi moram faceret, eò ſine mora trudendum, t
giuerſatione ac noxio pudore poſthabito, diutu
næ ſuæ reticentiæ ſalutariter ingemuit, & retrac
tiùs accuratiúſque conſcientiæ iudicium pro t
bunali ſacro, inſigni profectu inſtituit.

8. Alius ibidem ſimili pudore perplexus v
letudine aduersâ oblanguit, & ab acerrimo ſce
rum ſuorum obiurgatore per quietem didicit nil
eorum, quæ patraſſet, ſacrilegâ occultatione occ
lere. quam etiam nefarij ſilentij obſtinationem ib
dem alius tum demum poſuit, cùm horribili exp
ſtulatione quiſpiam è mortuis reprehenſor obi
ctâ illi ſtatûs præſentis atrocitate, ſalutares illi fo
midines inieciſſet.

9. Simile ibid. ſilentium fæmina hoc tande
anno perſanctè abrupit, cùm variis annorum vigi
ti terriculamentis ad hoc perpelli haudquaqua
potuerit, DEO tam paternâ per tantam tempor
longinquitatem tolerantiâ illius animum in ſpen
à qua exciderat, ſurrigente. Alia immiſſis infer
laruis conterrita in paternos DEI amplexus pecca
torum, & malè verecundi ſilentij ſeriò pœniten
citiùs conuolauit. Aliam obiecta in morbo com
pedum furto ſublatarum imago, terrore ac pecca
ti diſſimulanter hactenus clam ſuppreſſi dolore
impleuit, effecítque, ne illa confeſſarium de ho

etiam

iam ſuo crimine celatum vellet. Alij qui diro dæ-
oni ſe velut in mancipium nefariè addixerat, con-
celeratas in Euchariſtiæ ſanctiſſimam maieſtatem
ras per exulceratam excandeſcentiam vomenti,
auis in rabido corde lux repentè explenduit, &
acramento reum dolentem, ac fatentem ſtitit. At-
ue iſta Cracouiæ.

10. Breſtæ viri boni mala vxor in ſordes in-
mperanter effuſa, marito ſcelerum catalogum
minas ac hortamenta explicitiùs, & flagrantiùs
dhibente, ad Sacramenti alexipharmacum fideli
ım dolore accurrit, cuius efficacitate eam, quâ
m in matrimonio, quàm extra intemperanter a-
ebatur, impudentiæ effrænationem effocatam ad-
ertit. Leopolienſis verò quædam faſſa eſt, ſe cùm
decenni ſacrilegio inter perpetuos conſcientiæ
ruciatus volutaretur, Societatis homines maxi-
opere horruiſſe. tandem ſemel diuini numinis
ſtinctu percuſſam arcana conſcientiæ ſacrilegis
actenus integumentis inuoluta euoluiſſe, pacém-
ue apud eos, quos maximè horruerat, inæſtimabi-
em reperiſſe; id quod ſecuta plurium tranquilli-
ıs affirmauit, qui eam, quâ hactenus diuina vſurpa-
ant, inapparationem atque incuriam, accuratione
tiliſſimâ ſuppleuêre, pacémque ſibi domeſticam
upplemento tam exquiſito peperêre.

11. Alius diræ inſaniæ, quâ ſe dæmoni addi-
eret iam proximus, Noſtro, neſcio quà, rei con-
cio, & vlcus molli induſtriâ inter colloquendum
angente, exitialem deſtinationem, & vera in Sa-

cramento de ſe fatendi pudorem, in dolorem
decreta meliora conuertit, aliàs dæmoni ſe mod
fortè nec apud deſperatiſſimos obuiis deuoturus.

12. Mirum iſtud; ſed admirabilitatis non plus habet quàm vtilitatis, quod ſequitur factu Cracouiæ, vbi fæmina templum noſtrum ingreſſ Noſtro diuinam Euchariſtici ſacrificij hoſtiam pr more in altum tollente, ſe hoſtiæ ſuper Sacerdoti verticem eminentis loco ipſam Chriſti IESV fa ciem liquidò conſpexiſſe perſanctè affirmans, adie cit ſibi omnia perplexi ac propenſi in execrandan blaſphemiæ diritatem animi turbamenta illo vno ſpectaculo eſſe abſterſa.

§. IV.

BEATISSIMA DEIPARA, & Sodales.

13. QVendam Sabbatini ieiunij, voto quoque firmati iam ſenſim negligentiorem, eóque ad parandas menſæ ſuæ piſcium cupedias lembo Cracouię vectum, & fortuitâ prolapſione inde in aquas præcipitem, Beatiſſima DEIPARA ieiunio Sabbatino religione nouâ inſtaurato inuocata ita repentè ſeruauit, vt ille ſe, ignarus quâ manu aut vi, lembo ſenſerit eueſtigio reſtitutum.

14. Huius etiam cæleſti tutelæ acceptam refert vitam Cracouiæ fæmina, quæ ſub creberrimo plagoſi mariti verberatu iam feſſa, in condenſam arboribus ſiluam ſe ſe abdidit, & iam ſe infelici arbori

ori ad mortem voluntariam alligabat, cùm voce
DEIpara, vt illa interpretatur, miſsâ, omne illud
ortis conſilium in ipsâ veluti moriendi ſcenâ diſ-
ſſum eſt, Aliam inteſtinis mentis malè ſibi con-
iæ, nec expiatæ cruciatibus perturbatam, iám-
ue præſentiſſima ſuæ ac filiorum vitæ de medio
llendæ inſtrumenta parantem ſuo interuentu
ulier peregrina prohibuit. cuius illa conſilio ob-
ratas hactenus ad diuina aures animúmque ape-
it, ac ſceleſtam ſuam in ſalutari miſericordiæ Sa-
amento obticentiam deplorauit.

15. Mariæburgi ad noſtræ Thaumaturgæ a-
m anathema dedit nonnemo voti reus, qui exi-
ali ſociorum conſortione, velut obtorto collo in
æreticos errores abreptus planè obſurduerat ad
uina, ſed morbo proſtratus affectæ ſuæ fidei ſe
œnas dare agnouit, fidémque ac ſoſpitatem, cæ-
ſtis Reginæ voto imploratæ interpoſitu, recepit.
remiſliæ hominem, qui confeſſionem per annos
ures aſpernatus totum ſe vino addixerat, irruen-
a per fores & feneſtras laruarum ſpectra vbi va-
is terroribus exagitauêre, ab illo IESVM & MA-
IAM inclamante in fugam præcipitem abiêre.
quod ipſe ad exomologeſin ad nos accurrens
ixit, DEVM timere his tandem terriculamentis
doctus.

16. Poſnaniæ multis dæmoni ſacrilegiis obæ-
tum ſe fuiſſe narrabat quiſpiam. At hoc anno au-
uſtâ DEIparæ per quietem viſæ ſpecie, ac aſperâ
uectione perculſus, abrupto ſomno in tantas la-

crymas ac ſingultus erupit , vt alios quoque i
doloris æſtu à ſomno experrectos admiratione i
pleret. Vix dilucere cœperat, cùm ad Collegiu
properè accurrens viſa narrauit, & quidquid in
introrſus inſpiciens reperit præteritâ vitæ licen
interuerſum, ad amuſſim peraccuratè reuocaui

17. Valuit ad cuiuſdam conſcientiam tra
quillandam Sodalis quoque MARIANI conſiliu
cuius monitu ad Patrem è Societate adducta f
mina, turbidam animi tempeſtatem, tumultuoſa
que imagines diſſipauit. Cracouienſium Ciuiu
Sodalitas numeroſè admodùm frequentata magi
auertendorum à patriæ ceruicibus malorum de
derio incenſa, in ſeſe palàm ac diu acri verber
tione deſæuiit, vt iræ DEI flagella ſi non auertere
certè aliquâ mitigatione molliret.

§. V.

FIDELIS AB ANGELO TVTORE defenſio.

18. CRacouiæ fæmina magnam animi def
tigationem à blaſphemis verbis men
occurſantibus anxiè diúque perpeſſa, cùm pecca
torum pro ſacro tribunali explicandorum ſerier
cogitatione retractaret, ac dæmonis minas & Iubi
læi inutilitatem iactantis voce perturbaretur, An
gelum lucis coràm aſpexit, qui infeliciſſimo im
poſtore in tumultuoſam fugam coniecto, illi i
ſpem erectæ author fuit, vt benè deſtinata, ſine titu
ban-

antiâ vllâ, magnâ verò animi cum confiſione per-
ceret. id quod illa obedienter apud nos, felicitér-
ue perfecit.

§. VI.

A SANCTIS AVXILIVM.

De S. Barbara V. M.

19. HVic cæleſti Virgini ſe debere ait vtram-
que ſoſpitatem Barbara puella, quam
eſcio quæ occaſio in triſte pudicitiæ dehoneſta-
nentum abiecit, & à ſcelere iam non vno graui-
am, atque anxiè ad omnia trementem e ò incon-
ulti mœroris adegit, vt ſe in aquas vnà cum ſpu-
io fœtu mortem obitura deiecerit. Quòd verò
ec illo caſu eliſa, nec aquis abſorpta, verùm ab
pportunis interuentoribus exitio ſit erepta, ſan-
tæ ſuæ Barbaræ impetrationi, cuius imaginem co-
onis impensè ornare conſueuerat, adſcribit. Cæ-
erùm patrati facinoris diritatem magnoperè dete-
tata, lubens per 6. hebdomadas pœnam illam ſu-
tinuit, vt in templo nigro amiculo velata conſi-
teret.

DE RELIQVIIS.

20. CRoſnæ adoleſcens nobilis & effrænatè
liber, vino intemperanter madidus e-
nergumeni præſeferebat effigiem ad magnum Ma-
tris mœrorem, aliorúmque terrorem. Noſter ſa-

cris lipſanis, & aquâ luſtrali rem aggreſſus, eò re deduxit, vt hactenus muto ſimilis iam ſenſim vc cem reciperet. Quicquid in re fuerit, certè iuuer profuit, vt ſeu vero, ſeu vinario illo dæmone vn cum crapula euaneſcente, maiore deinceps mo rum temperatione licentiori effrænationi modur poſuerit.

DE S. P. IGNATIO, & B. Stanislao.

21. IMago S. P. Ignatij Croſnæ ac Sendomiri potiſſimùm ſalutaris fuit fœminis animan propè cum torminoſo partu agentibus. Trienni paruulus à materna maledictione dæmonis oper obtorto collo, & retrò acto capite tortuoſus, globoſóque in pedes volumine multifariàm omnibus ac demum etiam crudæ matri miſerabilis, admoti ab illâ ſuas intemperias acerbè dolente, illo cruciatu horridè conuolutas, S. P. Ignatij reliquiis, continuò à conglobatione, atque à tortore dæmone liber ac ſanus euaſit.

22. Flagrante in Polonia ſeruili bello, Lublini pro aris B. Staniſlai Koſtkæ pro ſalute patriæ votum publicum nuncupatum: & fama eſt omnes illos, qui ad bellum profecturi votum Deo in Beatiſſimi huius adoleſcentis honorem concepêre, incolumes cum victoria reuertiſſe. Quare cùm alij argentea donaria Beatiſſimo ſuo ciui, Rex verò regia appenderet, Alexander Koſtka conſanguineo indigenæ aureum torquem dedit, Torunij vir no-

bi-

is, cuius febris artis medicæ ingenium ſuper-
eſſa vitæ iam imminebat, voto Staniſlaum ſibi
uinxit, & ſoſpitalem ſenſit.

§. VII.

CASTIMONIA VINDICATA.

23. CAtholicæ ac Monaſticæ religionis de-
ſertor quidam proruptâ ſacrilegij au-
ciâ, religioſam virginem è regno abſconditè edu-
am probroſâ conſuetudine per annos omnino
uindecim per ſcelerum abrupta raptârat. Hunc
auium de diuinis rebus colloquiorum delini-
ento emollitum, & à conſcientiæ furiis vindica-
um, paratúmque ad aſpera omnia toleranda, No-
rorum operâ in Catholicam, & religioſam diſci-
linam reſtituit bonus Devs; fæminâ quoq; pro.
ri periculo prouidenter ereptâ; præter vicenas
lias naufragio pudicitiæ præreptas, tricenas verò à
ellicatu extractas. Cæterùm ad pudicitiæ gloriam
ciliùs perſuadendam iuuat haud mediocriter No-
rorum operam, ipſum huius gentis in huius vir-
utis decus propenſiùs animatæ, ad amoliendum
erò dedecus implacabili magiſtratuum ſeueritate
uſtoditæ ingenium. Certè vt animaduerſionis me-
us licentiam illam vndequaque coërceret, iam ne
nors quidem ſupplicio, ſeu ignominiæ poteſt reas
ripere. Et hoc ipſo anno impudica quæpiam, vt
mortem publicam voluntariâ morte præueniret,
e in aquas præcipitem dedit, at ignominiam non

euaſit. Etenim cùm id exempli plurimùm inter
ſe videret magiſtratus, ne ſiue peregrè illata, ſi
domi facilè in plures contagioſa illa flagitij ta
lubrici peſtilentia virginum pudori labem inferre
viſum eſt virgines exemplo ferali quidem, ſed id
meo abſterrere. Quocirca infame mortuæ illi
corpus è limo erutum, & ad publicas virgas exp
ſitum, à deſtinatis ad id impudicæ illius coæta
neis decreto publico tertiùm virgis cæſum, tu
demum ignominioſæ ſepulturæ mandatum, & cre
dulæ nimiùm emollidæque conniuentium paren
tum diſſimulationi oculos curáſque intendit, & iu
uenibus aditum præcluſit, ne domi licere ſibi pu
tent, quod foris malè didicerunt.

§. VIII.

DE SOCIETATE.

24. Citra iniuriam non auſim quædam o
mittere, quæ in Societatis commenda
tionem à Deo, & hominibus profecta, vſui eſſe po
ſunt. Florianus Caſimirus Dux, Regni Senator,
idémque Poſnanienſis Epiſcopus, cùm primum
templi noſtri lapidem ſolenni ritu iaceret, in medi
Procerum coronâ Societatem fusè, amanter, diſer-
téque laudauit; virtute ac eruditione bonis ama-
bilem, hæreticis terribilem, orbi admirabilem di-
xit. rationale cæleſti dignum elogio, pharetram ſa-
gittis ſalutis Domini refertam, molem columnis
aureis ſuper baſes argenteas poſitis illuſtrem, exer-
ci-

tum Eccleſiæ, hæreſum odium, ſuæ denique iu-
entutis educatricem appellauit.

25. Quoſdam verò qui Societatem acerbis
cbinnis & minis, fortunas verò Collegiorum
ifeſto milite, barbarum in modum diuexabant,
ios aliis modis è medio faceſſere iuſſit Devs. Tres
rę aliis truculenti ſic vitâ exturbati, vt alius crudo
duſtóque vino, & mulſo temulentus vitam ſeu
omnum ebrium cum morte commutârit. alter
um rapinæ inhiat graſſator improbus, barbaram
nimam eiecit glande plumbeâ internectus: ter-
ius à ſuomet centurione confoſſus, nos irridendi,
omnes paſſim vexandi ſimul & viuendi finem ac-
epit.

26. Sed hæc triſtia ſunt: illud lætabile, quòd
quidam ex apoſtata deſertæ fidei reſtitutus, Choi-
ecienſium noſtrorum operam in morte ſibi per-
diligenter nauatam ſalutarem ſibi fuiſſe gratè af-
firmârit, quando poſt mortem piè obitam ſorori
ſuperſtiti ſe coràm ſtitit, ſéque felici æternitati de-
ſtinatum eſſe dixit. vnde ſoror, aliíque, felices pu-
tant, quibus in ſupremâ illâ luctâ licet aliquem è
Societate rei tantæ præſentem adiutorémque ha-
bere; vtpote quorum induſtriâ etiam anteceden-
te, apoſtata ille vitam nuper cum meliore
mutatam adeò pretioſè finie-
rit.

§. LX

§. IX.

HOC ANNO VITA FVNCTI.

27. LVblini *P. Ioannes VValdovvski* Coa-
iutor ſpiritualis. Hic à quintodecim
ætatis anno, vſque ad quinquageſimum, ſiue ſ
premum, in Societate facili ſemper ingenio, & a
alios quoque manſuefaciendos mirè prompto f
lix, ac pauperum potiſſimùm amans vixit.

Poſnaniæ *P. Matthias Proski* 4. vota profeſſ
Ioanni coæuus, diuinæ Matris religiosè fortité
que amans, ac acerbarum calumniarum inuicto ſ
lentio innocentiáque tolerans. Tertiùm præfuit
illo dignus elogio, quòd ſub illo obedientia nul
li fuerit oneri, tædióue.

Ibidem 30 annos natũ, & iam ad metas Theo
logiæ delatum *P. Gabrielem Mlodecki* vndecim die
rum febris perpetim ardens nobis eripuit, ingeni
magna, virtute multifariàm celebri maiora pro
mittentem.

28. Graudenti ceſſit è viuis *P. Ioannes Dittmar* ab altero iam & quadrageſimo anno in Societate verſatus. De hoc omnia pernumerare longioris operæ eſſet negotium. Tota illi vita charitas, & labor fuit inter ægros & ſanos. quâ in laude facilè primos eſt imitatione conſectatus. Vnica propè ac perpetua vox erat morientis: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

29. To-

29. Toruaij *P. Valerianus Zaleski* à facundia, flagranti ſtudio animarum impensè laudatus. nper iucundâ frontis & conſcientiæ hilaritate i conſtabat, ſéque quot horis ad particularis, vt camus, examinis perpendiculum reuocabat. Croſnæ *P. Gregorius Szymonovvicz* quinquanario maior. Hic Societatem tum primùm æſtiare didicit, cùm ab illa defecit. verùm ad illam ditione factâ ſe in ſacram obedientiæ ſeruitutem eò redegit, adeóque perdomuit, vt amorem ſpeantium, admirationémque meruerit.

In Rauenſi Collegio *P. Ioannes Kaltberner*, verò *Martinus Nigràn* in caſtris, Cameneci tem *P. Ioannes Bobolecki* deceſſit. omnes tres virte ad præclarum foris quoque exemplum inſines.

Iaroſlauiæ *P. Valentinus Sokolinenſis*, ſacrâ equentiâ validus, & conſcientiæ tener cuſtos, atie ad ſingula, quæ agebat, vigili accuratione antus.

Sendomiriæ *P. Thomas Lankovvski* perpetuaım in ſeipſum excubiarum vir; Leopoli *M. Albertus Garniecki* hauſti è tyrocinio caloris inter ſtuendum, docendúmque retinentiſſimus, diem vlmum obiêre.

30. Claudat agmen ad ſuburbanam B. Virgiis ædem propè Iaroſlauiam moriens *P. Ioannes lostovvski* à ſexto & quinquageſimo inde anno Soietati adſcriptus. Hic ob Arium deſertum, à paruo deſertus, & ſe tam lautâ ſpe ob fidem excidiſſe

ga-

gauiſus, Vilnæ coram cæleſtis Reginæ imagin
ſubmiſſis genibus, dum pro vita deinceps dege
dâ conſilium poſtulat, vocem exaudit dicentis
Pete, ingredere Societatem IESV. Hac ille conſ
ciatione impetratâ, in ſpiritualium Coadiutoru
gradu, accensâ ſemper mente atq; flagranti dig
tali conſultrice vitam ſolidâ eiuſdem Virgini
pietate, ac excelsâ virtute inſtituit. Ars illi N
ſtros gubernandi erat charitas, aliàs inartificial
ter candidus abſque fuco verborum aut frontis
Mortem iam adeſſe perſentiſcens Patri conſcie
tiæ ſuæ Præſidi religiosè affirmauit, ſe à puriſſim
ſuâ Dominâ nihil quod non obtinuerit, petiiſſe
cùm Oeconomiæ præeſſet, ſerenitatem, pluuia
opportunam impetraſſe: eiuſdem Virginis imp
tratione à vitæ diſcrimine ereptum, cùm vnà
cum equo in profundam foueam inci-
diſſet, cúmque aliàs ab equo in-
domito eſſet excuſ-
ſus.

ANNVÆ

NNVÆ PROVINCIÆ RHENI INFERIORIS M. DC. LI.

§. I.

INCREMENTVM FIDEI, & Sacramenta.

SAnctiſſimis Eccleſiæ dogmatibus ritè ſuſceptis nomen in Catholicis profeſſi ſunt 220. quos inter Iudæi 6. Sacramenta ſanctè ſuſcepta Treuiris fæminæ opitulata
ınt, fugato dæmone incubo, qui ſe illi iuuenis
ormâ ſpectandum dabat, eiúſque pudicitiâ diu fœ-
è abuſus, Deo etiam ac ſacris omnibus nuntium
t remitteret, minaciter compellebat. Puellam ibi-
em in caſtam libertatem aſſeruêre, quæ per ſeme-
re in eum, cuius amorem cum philtro biberat, ſeu
deſſet ille ſeu abeſſet, quaſi vbique præſentem,
urenter obſcœna, vel inuitam vrgeri ſe miſerabi-
iter querebatur.

2. Confluentiâ ſub ferias Paſchales foras ex-
urrerat Noſter. Ad hunc magnâ mortalium vi cir-
umdatum filiam ſuam à peſſimo genio, ſine vllâ
quietis interſpiratione vexatam quidam adduxit.
Hæc à nouerca in diaboli nomine iuſſa faceſſere,
ùm fugeret, ab obuio dæmone rogata, quò ten-

de-

deret, Dominum ſe quærere, cui ancillarem op
ram narraret, reſpondit. Sed illum liberaliter li
omnia promittentem aſpernata eſt, quòd adu
teret pedum illius alterum bouino, alterum equi
pedi eſſe perſimilem. Abiit ad illam aſpernatione
ille altum hinniens vt equus, grunnitu quoque i
ſtar porci edito tam contentè, vt latè à vicinis v
dique audiretur, Noſter exomologeſi expiatam,
documentis amuletíſque ſacris inſtructam ab inf
ſti hoſtis turbamentis quieti reſtituit.

3. In Reſidentia Blanckebergenſi faber ferr
rius opem à Noſtris popoſcit contra malefici
rum vim, quâ totius officinæ labores, & lucrun
luculento præfecti damno interuertebatur, ferr
cùm ex igne candens ad incudem domandum e
traheretur, in cineres abeunte. Adhibitæ de mo
Catholico ritè à Noſtris preces, omnem ſagaru
dæmoníſque artem profligauêre, ferro priſtina
deinceps indolem retinente.

§. II.

DE BEATISSIMA DEIPARA.

4. COloniæ fæminam hortatu dæmonis fi
nem ærumnarum, & vitæ voluntario ſu
ſpendio quæſituram ea repentè cogitatio ſalutari
ter occupauit, vt ſemel adhuc, priùs quàm viuer
deſineret, adiret in æde ſumma DEIparæ imaginen
thaumaturgam. Adiit, & ſpem quietémque cun
viuendi voluntate recepit. Alium ibidem è pro
fli-

gatâ ferè atheorum natione habuimus, qui obitis
è apud nos Sacramentis dixit, ſe id magnæ Dei
atris beneficentiæ debere, quam nullo die mo-
co quopiam obſequij genere venerari hactenus
eglexiſſet, quòd cùm ſe dæmoni deſperanter to-
es vocato interimendū, vel auferendum furenter
otuliſſet, id illū perpetrare diuina bonitas vetuiſ-
t. Hoc nempe ſe ab illâ quotidiani Marianarum
arum precum penſi pretium retuliſſe. Hic me lo-
ıs monet, vt ad conſuetum penſum Deo, Dei-
ıræ, Sanctíſque perſeueranter perſoluendum af-
ram Marcodurani adoleſcentis exemplum, qui
ad eiuſmodi perſeuerantiam ſuo Confeſſario di-
t commonitum eſſe diuinitùs. Etenim cùm ne-
ecto aliquando cæleſti illo voluntarióque tribu-
, veſperi ſe ad quietem compoſuiſſet, ſenſit ſe
canâ vi è lecto in pauimentum exturbatum. Per-
ſtis tamen confeſtim iis, quæ ſe neglexiſſe dolen-
r meminerat, quotidianæ pietatis officiis lecto ſe
erum reddidit, & quieuit.

5. Treuiris quoque ſimili penſo ſe in acceptis
ferre dixit alius, qui quotidiana quædam imita-
enta potiùs pietatis quàm vera erga Deiparam
fficia frequentabat. Hunc vaga & pertinax diu
bido iam eò adegerat, vt in ſilua infelicem arbo-
em quæreret, cui ſe infame pondus appenderet.
ed bis à Virgine Matre immiſſo horrore inſolito
ebat ſe fuiſſe abſterritum; adeóque collum à la-
ueo iam iniecto iterum expediuiſſe, atque ad Sa-
ramentorum præſidium accurriſſe, id quod cùm

apud nos pararet, diu hæſit elinguis, & vberri
lacrymatus.

6. Monaſterij capto menſium octo expe
mento à frequenti populi, ac ſtudioſæ iuuentu
concurſu, laudes MARIANæ, quæ Dominicas & S
lenniora feſta hactenus non egrediebantur, eti
Romæ Adm. Reu. Patris Noſtri conſenſione ſu
approbatæ, & cenſu annuo à piis Virginibus a
cto, ad reliqua quoque Sanctorum feſta exten
cum notabili cultûs Diuini & Virginei increme
to.

7. Noueſij hoſtico præſidio excedente, cu
ciuitas 2. Iulij ipſo DEIparæ apud Eliſabetham V
ſitatam Magnificat canentis feſto die fuiſſet ab h
ſte liberata, actis DEO gratiis, Eccleſiaſte noſt
pro concione contentiùs adnitente, ad ſingulas v
bis portas auguſtæ DEI Matris ſtatuæ belli temp
re vel ablatæ, vel ſine honore relictæ, maiore quà
vnquam ornatu ſunt reſtitutæ. quod adeò ex a
mi ſententia ceſſit, vt etiamnum feſtis, Dominic
que diebus ſub veſperam ardentibus funalibus l
larè plateæ colluceant, concentu quoque totâ vi
niâ magnâ erga DEIparam pietatis ſignificatio
latè audito.

8. Monaſterij Eifliæ fæmina nocturnis ten
bris à marito infeſto in puteum deiecta dum cad
ret, diuinam opem per DEIparam, & Superos i
plorauit, & inter cadendum ramuſculum fortè pr
hendit. inde puteum cæleſtibus faculis repentè i
luſtrem vidit, ſéque inde ſurſum ſucceſſu virib
maio-

aiore ita eſt eluctata, vt euaſerit; marito barba-
luminis illius mirabilis planè ignaro, ac in tene-
ris nequicquam circùm ſatagente, vt ne quà ela-
è puteo illa poſſet; aut ſi elaberetur, illam ite-
m daret præcipitem. Domi deinde miranti, &
tenti marito illa fidele ſilentium; & ille vxori
itiores mores promiſit.

§. III.

DE SANCTIS.

9. QVidam ab ordine ſuo apoſtata poſt ſe-
ptem annos cum ſacrilegâ mulierculâ
rditè profligatos, dum perpetuum conſcientiæ
entem euerberantis cruciatum ferre non poſſet,
hale in impudicum pectus vulnus impreſſit; a-
s verò in ſilua dæmonem euocatum ſpectabi-
n ſibi adeſſe vidit ſpecie militis. ſed ait ſe iſtud
oque diſcrimen charorum ſibi olim DEIparæ ac
Barbaræ V. Mart. nominum auxilio depuliſſe.
ndem ad Noſtrum in miſſione quadam rerum
leſtium ſatagentem adiit, & menti, ſpei, ordini
feliciter reſtitutus.

10. De S. Ioſepho ſic Embricenſes: S. Ioſe-
us, Pater verè amabilis, in tutelarem eſt Diuum
ectus. Eius ad menſam audita elogia omnes in a-
orem, & cultum ſingularem; certámque in illo
uciam in iis anguſtiis collocandam concitaue-
nt: eius depicta effigies diuinum infantem am-
exa palàm in Gymnaſio expoſita eſt: eius benefi-

cio, vti communis eſt omnium ſenſus, hucuſq
omnes ad vnum incolumes viuimus.

11. Xantenſis agricola die S. Michaëlis p
meridiem arans ab exterritis à cane equis ſub a
trum actus, in capite vulnera plura accepit, &
pillum pænè omnem ſpectaculo miſerando ami
& in pœna culpam agnouit.

12. Aquæ *S. P. Ignatij* nomine expiatæ hau
Monaſterij Eiffliæ fæmina lac ſeu maleficio
morbo ademptum, vnà cum incolumitate rece
Eadem Marcoduri puerum à veneficiorum ma
ficentiâ liberauit; cùm poſt illam aquam epot
ſibi planè ſit integrè reſtitutus, qui ante nunc à
limiâ vexatus famem quantolibet cibo explere n
poterat, iam furenter in rabiem agebatur, iam p
ſternebatur velut cadauer exanime, iam infe
& per corpus hac atque illac vagas beſtiolas, q
alij dæmones credidêre.

13. Noueſij eadem aqua vnà cum eiuſd
Sancti lipſanis adhibita puerum epilepſiâ pro
exſoluit. Ad Noueſium fæmina prolem cæcam
quoties iam enixa, ſuaſu cuiuſdam votum, ac S
Ignatij reliquias, & aquam adhibuit, animum
cramentis ipſo Sancti feſto die apud nos inſtru
& prolem videntem ac ſanam enixa eſt. Hoc
no octo è noſtrâ diſciplinâ nomen religioſis o
nibus tranſcripsêre.

14. B. Aloyſij opem cùm iuuenes plures, t
puella vna experta: quam comitialis morbus,
illi ſimillimum quidpiam, ab eo tempore, anni
licet

cet interuallo, deſeruit, ex quo puellæ parentes Aloyſij feſtum ſacrâ Synaxi celebratâ, & ſtatuam uſdem ſacro cereo honorauêre.

§. IV.

INDVSTRIÆ, ET SODALES.

15. Adnitente Colonienſium ingenio, quomodo incantationes, & ariolorum initas coërceri poſſit, id conſilij eſt ſuſceptum feciter, vt dimenſa fila, & ligamina publici magiratûs authoritate prohibeantur. id quod factum e ceſſit. Ibidem preces, cantúſque vernaculi ſpar in vulgus incredibili vi, & fructu. Vnico Arensrgæ oppido & illi viciniæ, quinquaginta imagiım volumina, Marianarum verò corollarum 50. duodecades deſtinatæ, ac in populum diſper; vt hac arte populus ad orandum, & prætextis cantibus ſacros ſubrogandos excitaretur.

16. In Bremenſi Miſſione, Iburgi fæmina innti Catholici nominis probro ſe à dæmone obſſam aiebat, quòd ad Catholicos ab hæreſi traniſſet. Hanc Lutheranorum mirè hoc mendacio bi placentium, & ingentes animos vocéſque tolntium artem Noſtri hac induſtriâ eliſêre, Epiſco annuente; vt quædam ſimularentur, quæ in cōetis exorciſmis ſolent. Adfuêre itaque linteati, quâ illam conſperſêre, prophana carmina recitaêre, & quidpiam lipſanis ſimile obſeſſæ capiti adouêre. Illa ſacra verè illa eſſe omnia rata, ea ſigna

dedit,quæ energumeni ſolent,dum Sanctorum
liquiæ adhibentur. Ita miniſtrorum dolus pat
quem etiam ipſa poſtea luculenter faſſa, veni
impudentiæ ſuæ petiit, & impetrauit, vbi art
arte deluſam vidit.

17. Treuiris publica Matronarum congre
tio numerat iam ferè quingentas. colit illa Dei
ram dolorum Reginam: & noſtri templi Catec
mum amplificat, adeò vt ille ſæpiùs nongenta
pita recenſeat. Sodalis Duſſeldorpienſis cùm
campo in hoſtes incidiſſet, ſe poſt ſepes abiecit,
impoſito ſuper caput Deiparæ Patronæ Roſa
ſub illius præſidium confugit. Adfuêre mox eq
tes, vt cùm iacentem propè obtererent, eúmq
vbi eſſet, magnis vocibus excirent, non tamen a
uertêre tam propè abeſſe. id quod ille ſe Deipa
cuius coronâ caput redimire in mentem illi ta
in diſcrimine venerat, gratus adſcripſit.

§. V.

DE IIS QVI DIEM OBIERE.

18. DVſſeldorpij vitam expleuit 12. Ma
Tilmannus Lanſman Coadiutor an
1614. Societate receptus. fidelis ſilentij vir; &
loquendum erat, religioſi ſermonis. Per annos
Alexij cubiculum imitatus, ad gradus angulum h
bebat, in quo interdiu ſutoriam exercebat, no
verò ſtratæ humi culcitræ, ſine vllo lectulo ind
miebat. Quicquid puritatem ſeu ioco, ſeu ſer
quo-

uodemumcunque in ſenſu poſſet lædere, perſan-
tè auerſabatur.

19. Coloniæ 24. Martij Angelicæ vitæ finem
nter mortales reperit *Gisbertus Kerckhoff* tiro, eâ
orâ, quam viſus eſt præſenſiſſe. IESVS & MARIA
enerum illi ſuauis patientiæ in doloribus condi-
ientum. In ſuprema Claſſe Grammaticæ magi-
rum habuit Societatis poſtea deſertorem, qui illi
nixè ſuadebat, ne ſe vnquam in Societatem daret.
le verò contrà, DEVM flagrantiſſimè precabatur,
t ſi per teneriores vires, & corporis imbecillita-
em Societati non eſſet idoneus, certè in Societa-
is ſinu emori ſibi daretur, paratum enim ſe primis
rocinij ſui menſibus migrare de vita. DEI Matri,
eatóque Aloyſio inter paucos perquàm addi-
tus. Ne luculenti illius teſtamenti pars plus quàm
ninima nobis obtingeret, temporum iniquitas, &
atauorum iura fecêre.

20. Aquis 9. Aprilis morte ſublatus *Frideri-
us Franciſci* Scholaſticus, anno 1650. Societati
dſcriptus, conſcientiæ candidæ, Virginis Deipa-
æ, ac S. Ioſephi cultor ſolidus, tener, perpetuus.
. Maij hunc Monaſterij ſecutus *Henricus Spanæus*
ecundi anni Theologus, cui nec ingenium, nec o-
era defuit ad literas; ad virtutem verò natiua
uædam & velut ad cæleſtes diſciplinas facta mo-
um accommodatio præclarè in illo eluxit. Par de
oanne Miesen Embricæ ſublato expectatio, quam
ngenium, naturæ benignitas, & dotes aliæ con-
itârant.

 21. Duſ-

21. Duſſeldorpij 8. Maij mortem oppetiit
VVillibrordus VVeitz Romæ anno 1631. Societa
adiunctus, vir egregiæ ad fidei propagationem in
duſtriæ: quâ ſolida è SS. Patribus fidei firmamen
ta colligebat, quibus & Noſtros illa ſcribentes a
iuuabat; & ipſe aliquot ad veritatem adduxerat
Aliquot ante ſupremum morbum diebus aiebat
ſe à DEO flagitare, vt Iubilæo ritè perfunctus euo
caretur è vita. Et verò obtinuit, graui priùs mo
bi, quem colicum vocant, dolore acerbè exercitu
& generali confeſſione tantâ cum doloris ſignif
catione peracta, vt ſæpiùs interquieſcere coger
tur.

22. 29. Maij Colonia immortalitati tranſcr
pſit *Didacum Bonhomum* Siculum Coadiutorem
milite ſeculari ante duos & viginti annos noſtr
militiæ authoratum. quam ætatem omnem nobi
cum egit in perpetua ſenſuum ſuíque victoriâ, c
randi & enixè laborandi aſſiduitate, ſuíque afflict
tione & crebrâ, & tantâ, vt ea cubiculi pars, i
quâ ſe verberabat, concuti videretur. A multis an
nis nullius deliberati peccati venialis conſcienti
tangebatur. quocirca ad confeſſionis tribunal ali
quid è vitæ anteactæ peccatis accerſebat, ne Sacra
mentum irritum redderetur. Mirè vbique ad im
demiſſus, & monitoribus per preces pro illis fuſa
gratus. Vbi feſta otium dabant, præter Immacu
latæ Conceptionis Officium, Roſaria ſeptena, octo
na, vel etiam altero tanto numero auctiora ita de
currebat, vt ſæpe mille Salutationes Angelicas ex

ple-

leret nouo ad ſingulas mentis ardore concepto. in
uibus ſibi, collegis, Societati, particulatim cer-
a virtutum decora flagitabat. Internos virtutum
ctus ita iam combiberat, vt vel ſemel menſæ in-
eruiens, tametſi muneri ſuo nullâ ex parte deeſ-
et, facilè ducentos id genus actus repeteret, nunc
DEO gratias reddens, nunc illius voluntati ſuam
ddicens, nunc illius honorem deſiderans. Per plu-
es annos nullum ex eo verbum otioſum auditum.
Quicquid diceret domi, foris, veræ ſanctimoniæ
locumentum erat. vnde & Sancti nomen illi ad-
æſit. Crucifixum ſemper cordi validè admotum
geſtabat, vt dolore amorem acueret. in cuius etiã
oſculis ſub ipſis ſanctiſſimi Spiritûs feriis pretio-
ſum ſpiritum expirauit.

23. 22. Iulij Embricæ abiit è viuis *P. Gerardus Till*, nobili loco natus, anno 1588. & Societatem 1604 ingreſſus, in miſſionibus, inter docendum, in cultu DEIparæ, in omni rerum ſpiritualium accuratione tam exquiſitus, vt experti dicant, illum factis complêſſe id, quod in votis ac ore ſæpe verſabat inſtar teſſeræ; *Sim in omnibus exactus!*

24. Aquis 2. Nouembr. *P. Adamus Copperus* anno æt. 41 amiſſus, iacturâ non leui, ob egregias viri ad omnium vtilitatem nati laudes. Vota pro illius ſalute à multis oblata. nonnemo vitam ſuam illi retinendo obtulit, ſi DEVS annueret pactioni. Magnum in illo domi tam ſano quàm ægro erga leges ſingulas, erga ſuperiores, erga valetudinarij adminiſtros obſequij, reuerentiæ, hilaris ac patien-

tis obedientiæ documentum: & præclara cum D
in limine vitæ colloquia.

25. Coloniæ 10. Decembr. æternitatem ini
P. Michaël Cuuelier, anno 1600. in Hannonia n
tus, & 1618. Mechliniæ Nouitius cum Berchma
no. Humaniſſimæ, ac idoneæ ad omnem virtute
indolis. Philippo Wilhelmo Neoburgico Princi
Matheſeos primùm Magiſter, tum Confeſſari
per annos ferè 20. adhæſit, religioſæ diſciplinæ a
magnam Societatis commendationem vbique pe
ardua quoque itinera, retinentiſſimus, ad omne
amuſſim legum, ac temporum partitè diſtinctorũ
Nullum illi otium vnquam effluxit inutile, qui
aliquid etiam publicam in lucem ageret vel au
thor, vel certè pius interpres. In morbo de DEO
& cum DEO præclara locutus, fidémque ritè ac par
ticulatim profeſſus, DEIparæ ac Societati ſe è cõ
ſueta Sodalium votorúmque formâ iterum deuo
uit; & ita pretioſè occupatum vita defecit.

26. Treuiris 18 Decembr. cælo tranſcriptu
P. Gerardus Iteus 3. vota profeſſus, anno 1569. Am
ſterodami natus domo nobili. Treuirenſi tiro
num domui Procurator datus, illam hæreditate
ſat amplâ, & multis magníſque eleemoſynis apud
ſuos corrogatis fouit, accuratione prouexit, vn-
de eiuſdem domûs Patris ac Nutritij nomen tulit.
Summa in illo cordis, oris, legum, & morum
conſenſio. Virginitatis DEO coram DEIparæ ima-
gine iuratæ felicitate tantus, vt moriturus gratias
DEO coram Rectore ageret, quòd carne eſſet, fuiſ-

ſét-

ſtque ab omni eo, quod virginitatis integritatem
ledeceret, immuni. Mira in illo temperantiæ, ac
xcelſæ humilitatis cuſtodia. Sanctorum vitis le-
endis perquàm addictus, luculentum tironibus
tiam in ſuprema ætate in culina, triclinio, &
bique exemplum fuit.

27. Bonnæ vixit *P. Henricus Siuert*, 4. vota
rofeſſus, Superior, Eccleſiaſtes, at potiſſimùm
Catecheſeos inſtitutor excellens, DEIparæ, ac iu-
uandis purgatorij animabus exquiſitè addictus.
Hademariæ 10. Februarij deſiit viuere *P. Ioannes
Mülman*, Theologiæ ac linguarum plurium egregiè
peritus, conſilio, ac religioſis moribus in aula quo-
que conſpicuus, & charus. Confluentiæ mortuus
eſt *VVilhelmus Vnferdorben* ante 6. annos conſulari
domo natus & literis inſtructus. maluit tamen in
Societate viuere ac mori humilium, obſequen-
tium, & ad omnem Societatis genium factorum
Coadiutorum exemplum. DEIparæ Matri, præter
alia varia obſequia, feſtis diebus ſertum è floribus
contexebat, & afferebat. Æger id vt ab alio ſuo no-
mine fieret impetrauit; aliis quoq; artibus illi vni-
cè colendæ, ac Societati flagranter
amandæ, laudandæque
addictus.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ RHENI SVPERIORIS M. DC. LI.

RHeni Superioris Prouincia è 277. Sociis, 161 numerat ſacris initiatos.

§. I.

AD FIDEM REDVCTI.

1. HEiligenſtadij nonnemo, qui è Noſtro ad populum dicente vnum tantùm DEVM, vnam tantùm fidem eſſe, pro concione audierat, vbi etiam intellexit è Lutheri ſectatoribus neminem cælo receptum vnquam, neque porro recipiendum; primò in bilem exarſit immodicè, Patri mortem etiam cõminatus. verùm paulò pòſt meliore radio de cælo perfuſus, mentem illam ſimul & ſectam æterni plenam periculi confeſtim abiecit.

2. Præter hunc, reducti ad fidei veræ aſylum 295. & Iudæus vnus. alius item vagus coſmopolita, diuinarum ac humanarum rerum adeò rudis, & negligens, vt nec de DEO, nec de parentibus, aut patriâ, vel ſuo nomine poſſet quicquam edicere, Baptiſmo luſtratus.

3. Ad fidem pertinet illud Bambergæ ab adoleſcen-

ſcente noſtrarum Scholarum diſcipulo geſtum.
cùm domi multis ageret, vt hoſpitem, & vnà eius
liam à vetito carnium vſu iis quas à Magiſtro di-
icerat rationibus prohiberet, viderétque ſuo illo
onatu acui puellæ procaciam, æterna vtriq; com-
ninatus, innocente illo dicendi æſtu hoſpitem ita
eu pellexit ſeu terruit, vt aſſam carnem tunc fortè
ppoſitam nō attingeret, verùm feli abiiceret deuo-
andam. Audax verò, & ſurda benè monentis con-
ilio puella non inerme adoleſcentis fulmen ſenſit,
ùm biduo pòſt eryſipelatis vlcere inflammata, à
nalo non priùs dimiſſa eſt, quàm quadrageſimæ
acrum tempus, in quod proteruè peccârat, totum
efluxerit.

§. II.

MISSIONES. SACRAMENTA.

4. HEiligenſtadienſes operæ longè ac latè ſe in DEI vineam effudêre. Certam eſſe aiunt initi calculi fidem, Noſtrorum quà Catecheſibus, quà concionibus 140. loca eſſe exculta: in quibus pagi 123. reliquæ ciuitates, oppida, & alia loca quondam auitâ religione celebria, cùm in aureo ſuo ſęculo eſſet Germania nunc bellis ſectíſque diſſecta.

5. Ad conſcientias altiùs perpurgandas etiam dramatis ad mouendum appoſitis laboratum. Spiræ Iubileum tam conferto populi velut examine plateas ac templa compleuit, vt audita fuerit ad-

uer-

uerſæ partis illa vox : Væ nobis ! orant ſtrenuè Ca
tholici. plerumque tot ſuis ambulationibus effe
cerunt,vt quod illis mali pulmenti nos intriuimu
nobis fuerit exedendum, & in factam prò illis fo
ueam incidendum.

6. Moguntiæ iuuit Noſtrorum ſtudia, & au
xit Sacramentorum frequentationem ingens, &
quâ maiorem non vidit Moguntia ab hominum
memoria, Rheni Ianuario ac Decembri exundan
tis eluuies, & populus eâ occaſione ad ſacram æ
dem noſtram excitus non ſemel ſtatis temporibu
DEO placando intendit. Hoc etiam anno cur
reos ad mortem diſponendi ad nos iterum qua
poſtliminiò reuerſa eſt.

7. Erfurti fæmina conſilij anxia, & pauore at
tonita Noſtro retulit magno ſenſu doloris, ſibi ne
fariam à ſuo marito & fide diſceſſionem meditant
oblatam ad lectum noctu ſpeciem candidi paruuli
qui monitoriâ obiurgatione identidem ingemi
nauerit, ac profundè in aures & cor adegerit iſta
verba : *Conuertere, ô miſera anima ! conuertere.*
Paruit enimuerò prompta ; & vitam vniuerſam ri
tè perſcrutata, exomologeſi ſanctâ recenſuit, atque
reſipuit.

§. III.

BEATISSIMA DEIPARA, & Sodales.

8. SOlida erga cæli Reginam religio magnū
à Sodalium exemplis calcar habuit. Hera
bi-

poli in iuniorum artificum albo cenſentur 450.
orum ne vana eſſet religio, nonnulli ſingulari ac-
rratione cauêre, ne quid linguâ contra DEVM
ominésue peccarent, lege hac fixâ, vt errores ſin-
ılos pecuniaria pœna elueret. Alij aliquot omnes
iunij longioris dies peregêre pane tantùm frigi-
ique contenti. Ibidem paruuli Reginæ Angelo-
ım Sodales clam in ſe flagellis deſæuire notati à
arentibus, illos etiam ad ſimilia flagellationis in-
rumenta petenda exemplo accendêre.

9. Bambergæ magna eſt in Sodalitate fiducia
pietas ergà ſanctum per ſortitionem menſtruam
equiſitum. Certè ſummæ ædis Præpoſitus mori-
ırus, eum ſanctum lacrymans dari ſibi expetiit,
uem eo menſe tutorem acceperat. Alius è Clero
ipſe mox animam acturus affirmauit, inter præ-
ipua ſpei ſuæ fulcra ſe habere in illo rerum arti-
ulo, quòd Sodalis vixiſſet.

10. Ea quæ in Bambergenſi noſtrorum tem-
lo, inclytâ beneficentiæ famâ colitur Virgo DEI-
ara, fæminam, quę ſe ſuffocandam credebat conti-
uò, mox à voto liberauit. Altera quæ immitis, &
mplacabilis cum marito diſſidij remedium non ni-
à fugâ vel repudij libello ſperare ſe poſſe puta-
at, voto ad Virginem noſtram facto, pacem inuê-
it. Alius filij peruicaciam, quam nec arte flectere,
ec vi ſeuerâ frangere poterat, adeò vt ab infelici
enio putaret obſeſſum, MARIÆ Virginis Matris,
oto concepto inuocatæ benignitate ad frugem
eductum eſſe gauiſus eſt.

11. Molſ-

11. Molshemij adoleſcens duodeuiginti a
nos natus, telam vitæ anteactæ totam confeſſio
retexuit, apertè teſtatus, ad id ſe DEIparæ Virgin
ductu hortatúque inductum: neque aliter ſe à m
li genij conſiliis, quibus ad ſeruitutem tartaream
criter vrgebatur, quieſcere potuiſſe.

12. A Molshemienſibus, foris duobus in l
cis inductum, vt quotidie ſub diem exeuntem la
des DEIparæ decantentur. anſam pietati dedit fu
men, quo conterriti faciles aures ac animos
omnia obtulêre.

13. Hagenoæ in prædij noſtri templo, Be
tam Virginem, Vallenſem dictam, voto concept
fæmina proxima cæcitati, & altera prægnans,
magnis doloribus cruciata, mirè propitiam ſunt
expertæ. Ibidem puella triennis in agro tridui ia
interuallo amiſſa, & dolenter atque adeò deſpera
ter quæſita, à parente poſt votum Virgini promi
ſum iterum perquiri cœpta, ſuauiter inter dume
dormiens ac incolumis eſt reperta. Ecquid int
rea egiſſet rogata, reſpondit innocens: ſe cum IEs
puero paruulo floſculos collegiſſe.

§. IV.

SANCTI.

14. APud Badenſes fæmina vt epileptico ſu
malo in S. Valentini ope remedium
quæreret à Noſtro monita, ſoſpes hactenus gauiſ
eſt ſe conſilio paruiſſe.

15. Sa-

15. Sacris S. P. N. exercitationibus animum
dies pluresaddixêre complures, etiam religioſi.
erbipoli 22. quos inter quidam Epiſcopus. alius
em vir bello præſtans, decem iiſdem dies impen-
t. Badenæ Sereniſſimus Fundator ſenos ante
atales Chriſti ferias dies vltrò elegit, quos iiſdem
generali exomologeſi deſtinauit; Sereniſſimâ
niuge cum filiâ & cognatâ, domi quotidie horis
quot meditationi, atque accuratæ ad Iubileum
æparationi intentis.

16. Prægnantes & epileptici miram, frequen-
m, ac medicorum ſpe maiorem S. P. Noſtri ma-
um deprædicant. Aquâ illius nomine celebri,
uinquennis puer à tabe conualuit: eâdem fæmina
lotis partibus dolorem ſtatim & morbum abegit.
uſdem imagines, etiam ab Hæreticis contra ſpe-
ra felici euentu petitæ.

§. V.

ELOGIA MORTVORVM.

17. TRibus hic annus Coadiutoribus con-
fatalis fuit; eos inter Bambergæ 25.
ept. Leonardo Krauſchart, viro obedientiæ ſpiri-
, & labore, ac patientiâ commendato. Aiebat
ille initio anni ſe per quietem admonitum,
ſeu admoneri viſum, de ſepulchri loco
ſibi in templo deligen-
do.

ANNVÆ PROVINCIA[E]
SARDINIÆ
M. DC. LI.

1. MAior in hac Prouincia, quàm pr numero ſperare ferè liceat, extit hoc etiam anno meſſis, frugúm que lætitia. Breuem Sociorum (quem literæ non memorant) nu merum reddidit arctiorem quorundam è vita mi gratio, quorũ nec elogia, nec nomina perlata ſun duorum item, qui Societati ſuis moribus oneri e rant Coadiutorum ſancta eiectio in Collegio Sa cerenſi. vbi S. Ioſephi templum ad coronidem vſ que perductum præclaro eſt incitamento ſociis dulcíque fiduciæ, fore vt ſub tantis auſpiciis curſi proſpero res ferantur.

2. Rudimenta fidei Chriſtianæ ſitienter acci piuntur potiſſimùm, vbi ad veteres illa quoque ac ceſſit induſtria, vt partitè in portas diſtributa ciui tas binos è Societate ad ſingulas magiſtros videat pietatis, vt ne qua pars vrbis vacet, quò ſe Collegij ardor, induſtriáque non porrigat. Calari quoque ciuium Sodalitas quot hebdomadis, nouo iſtic in duſtriæ genere, Chriſti patientis myſteria variè pro theatro lugubri propoſuit. Coram quo Sodalium conſueta meditatio peragitur, concione perbreui appoſitè conſecutâ.

3. Recens, eóque in viridi ſemper laude eſt apud Saſſaritanos atque Algarenſes potiſſimùm

S. P.

P. N. Ignatij, Xaueriíque beneficentia. Hi nobi-
m fæminam narrant, quæ duos dies ac noctes cum
rtu & morte luctata, S. P. Ignatij nomine implo-
to maſculum enixa, beneficij teſſeram, tabellam
nato Ignatij nomen dedit. Eadem eodem nomine
bi opem allatam dixit, cùm in Vigilia S. P. Ignatij
fusâ in manum caſu aquâ feruenti, Ignatium in-
ocauit, ac tumidâ licèt manu nil doloris perſen-
t, nil damni accepit, beneficio læta. Alia ibidem à
artûs periculo, & à dæmonis intemperiis ait ſe
natij auxilio liberatam. Illuſtriſſimæ cuidam co-
iti è lippis oculis tenebras idem ſordéſq; abſter-
. Quare celebritati S. P. Ignatij octo dies deſtina-
, veſperi quoque Lauretanis B. V. Litaniis quoti-
e decantatis: vt Mater Societatis Patris in feſto
lebritatem condiret. S. quoque Xauerij feſtum
idem Canonicorum nonnemo liberaliter appa-
tione inſigni ornauit, ob quodpiam Sacerdotium
Xauerij auxilio impetratum.

4. Non minor apud Saſſaritanos Ignatius, præ-
nantem, iámque ſenſibus deſtitutam fæminam
irographo ſuo ita reſtituit, vt peccata ritè fateri
tuerit, ſaluti etiam reſtituta. Idem beneficium
æter aliam, Comes quædam illuſtris accepit, dum
eprompta è ſinu S. P. Ignatij imagine illi ſe com-
ittens filium pepèrit hæredem Domûs. S. Xaue-
o febres fugatæ, & repentinò reddita cuidam è
ortis diſcrimine valetudo, aliíque perſanati plu-
s nomen apud ciues illuſtre fecêre, pietatémque
mulauêre.

ANNVÆ PROVINCI
TOLETANÆ
M. DC. LI.

1\. Vadringentos triginta ſex in alb
ſuo numerat Prouincia Toletan
quos inter, Sacerdotes ducent
& quatuor. Studiis Oropeſa
Collegij Oropeſæ Comes ho
anno adiecit duos Theologiæ Scholaſticæ Profe
ſores, aſſignatis in annos ſingulos, in ſingulos, au
reis centum & quinquaginta; in vtrumque, trecen
tis, ducentis aliis in libros pro vna vice depoſitis.

§. I.

DE SACRAMENTIS & Miſſionibus.

2\. MVrtiæ cœptæ hoc anno Maurorum Ca
techeſis curam ſuſcepit quidam Theo
logiæ Profeſſor. Baptiſmi Sacramento expiati quin
que.

3\. Compluti pluribus abhinc annis apud
nos celebri totius Hiſpaniæ religione ſeruantur
Euchariſtiæ formæ aliquot conſecratæ ab vſq; an-
no 1597. incorruptæ. Fæmina nobilis petito è lam-
pade, quæ illis præpendet, oleo in fronte inuncta,
plenum deſperationis diſcrimen euaſit ſtatim; &

pau-

aulò pòſt conualuit à morbo,cuius depulſionem
onniſi ſanctiſſimo huic myſterio adſcribunt me-
ici, quorũ ars omnem de fæminæ illius vita ſpem
lanè abiecerat.

4. In Oretano Collegio non minore fructu
uàm plauſu inchoata eſt 40. horarum compreca-
o auguſtis SS. Euchariſtiæ honoribus procuran-
is, expenſas conferentibus tribus è nobilitate vi-
s eximiis, quorum liberalitas quoſdam lautioris
rtunæ ad imitationem, vrbem reliquam ad extra-
rdinariam Sacramentorum frequentationem ex-
tauit.

5. Catecheticas Madritenſis Collegij miſſio-
es trium hebdomadarum ſpatio inſtitutas car-
tim innuo. In primâ Catecheſi ſupplicationis ritu
uctâ bis mille pueri, ac multi ſtirpe illuſtres, cum
xillis proceſſêre. cui præfuit Rector Collegij, &
4. Patres, Clero nobiliore comite, ac tanto po-
ulo, quem plateæ vix caperent; piè ſtupentibus
, qui portas, feneſtráſque impleuerant ſpectaculi
udatores. In templo poſt elegantem Rhythmo
iſpanico à nobiliſſimis quibuſque adoleſcentu-
s factam è Catecheſi concertationem, Regius
oncionator ad populum dixit. Catecheſibus eo-
em die atque adhortationibus tertiò repetitis, &
emplorum enarratione, vt maiori, quàm templi
agnitudo caperet, confertæ multitudinis concio-
fieri poſſet ſatis, dum aliis alij accumulati tem-
um, porticus, forúmque implerent, nobilitate
rrus, ac pergulas potiſſimùm occupante. Mira-

bilis & lætabilis etiam in dolore ipſo fuit conc
matio vndantis populi, cùm poſt Catecheſin, ac
empla narrata & cohortationem conceptis ver
Eccleſiaſtes contritioni elaboratiſſimæ excitan
ac inflammandæ intentus, omnibus veram exqu
ti, & ex ipſis diuini amoris venis velut eruti do
ris formulam præiret; ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſ
culo adorato, & additis quotidie veſperi Sanc
rum Omnium Litaniis. Hic primus dies hebdor
darum reliquarum ſpecimen eſto. Dominicâ pı
ximâ celebrata communio, ſacrorum conuiuarı
14. millia; ſequenti Dominicâ, 26. millia numeı
uit. Cuius celebritatis tanta increbuit æſtimatio
ipſa Princeps Catholici Regis vnica & quæ cum
la erat Mantuæ Dux, puellæque illuſtres imper
rogauerint eorum, quæ agebantur, ſpecimen a
quod in templo regiarum Sanctimonialium A
nuntiatæ Virginis exhiberi. Spectata res eſt à ſac
illis Deo Virginibus, & à ſelectiſſimâ nobilitat
plauſu eximio pietatis. Aiunt Regem, ac Regina
ea de Societatis laudibus hac occaſione inter au
Principes dixiſſe, quæ per modeſtiam præſtat om
tere; connitique porrò, vt vera ſint, quæ Rex, qı
clerus, & religioſi in laboris parte non poſtrer
numerandi, quæ nobilitas, quæ populus Societ
laudi dabat. Optimum rebus epiphonema dec
egregius eorum manipulus, qui è quadam ſceler
torum annorum abyſſo in nouam miſerationu
DEI lucem hiſce miſſionibus emerſêre. Propalà
conteſtati ſunt quidam, ſe nunc demum errore
il-

llum, in quo hactenus verſati eſſent, exuere, quo
credebant Societatem Sacramenta opulentis pro-
penſiùs quàm egenis miniſtrare. Etiam non con-
temnendi fructûs argumentum eſt, facta à quibuſ-
dam reſtitutio trium millium, ab aliis duodecim
millium ducatorum.

6. Migrante de parœciâ in parœciam aliam
communionis generalis menſtruæ miſſione, Cate-
chiſtam Crucis labarum præferentem ſequuntur
ſupplicabundi Litanias canentes paruuli, & alia
interdum octo millium capitum multitudo: ad
quam in capacioribus plateis coronæ inſtar cir-
cumfuſam, acrior quàm longior adhortatio haberi
ſolet; quam excipit publicis iiſque variis ad vario-
rum captum & genium formulis concepta, & pub-
licâ conclamatione celebrata contritio, res popu-
lo ad ſimiles actus condocefaciendo valdè idonea,
& vſu ipſo facilior atq; vtilior. Hæ quoq; miſſio-
nes multa aliàs ardua iam ſine vlla retractatione
aut dubitatione facilia reddidêre. Taceo fæmina-
rum probra, alias à conſuetudine, aut infami ſui
mercatu auulſas, alias matrimonio illigatas, retex-
tos annos præteritos, impudicum veſtium luxum
in multis emendatum, Mauros Chriſto adiectos,
variâ reſtipulatione plures in nouam viuendi for-
mam animatos, corpora flagris cæſa, ipſo quoque
Patre, qui miſſioni præerat, ad idem cum aliis fa-
ciendum repentini potiùs quàm conſulti ardoris
vi abrepto.

7. Conciones præ aliis variis hanc opimam

ſanè Deo victimā attulêre. Quidam per ipſos 30.
nos in omni ſcelerum licentiâ ſe perditè volutâr
pudore, atrocitate, multitudinéque teterrimoru
facinorum, poſthabitâ DEI & nobilitatis ſuæ cu
in eam deſperationem præceps, vt obſtinatè cu
animo ſuo decreuerit nunquam confiteri, ade
que vitam degere, qualem degunt profligatiſſi
quique mortalium, qui æternæ vitæ cogitatione
ac ſpem omnem abiiciunt. Hic humano quoda
videndi deſiderio ad vnam è tribus celebrioribi
miſſionum harum concionibus ductus, audit
quas Concionator inflammatâ dicendi vi vrgeba
verſabat, incitabat, & affectu vario diſertè perm
ſcebat rationum momentis, tum demum vertic
ſam mentem ſurſum verſus erigere, ac ſalutarem
verſoriam capere in primo illo calore ac luce de
creuit. Iam vitæ omnis rationarium confecerat
iam ad Collegium ac ad ſacrum Patris cuiuſdar
tribunal adierat, cùm vehementi quodam dæmoni
impulſu recidiua mens promiſſum, & receptum in
teruertit. Verùm ab audito iterum concionator
iterum rebellatrici menti vim intulit, tertiùm &
quartùm victor ac victus, dum audiendæ intere
concionis retinentiſſimus, obſtinatione tandem
domitâ & animo perpacato ſe perpulit, ac nobili
ſuî victoriâ Sacramentum ritè perpetrauit, ſéque
à ſe non ſibi, ſed DEO per tot conciones victori
deberi agnouit, in cuius manu eſt
perpendiculum cordis no-
ſtri.

§. II.

§. II.

VIRGO DEIPARA, & Sodales.

8. IN Murtiano aquarum exundantium veluti cataclyſmo, (de quo ſuo loco dicemus) d ſuperius Collegij noſtri ſacellum DEIparæ doni dedicatum allato eiuſdem Virginis percelebri à Patribus Auguſtinianis ſimulacro habuimus nobile in triſti rerum facie condimentum. Ibi ductæ inter comprecandum noctes, ac dies; & longinqui temporis confeſſiones repetitæ, ac varia obita pietatis officia, quæ temporis tam afflicti ratio ſuggerebat.

9. Incredibile eſt memoratu, ſed ſpectatione longè iucundiſſimum fuit Madriti, quantum in hiſce miſſionibus aucta ſit ſolido ac ſolenni auctario tenerior pietas erga DEIparam: cui auguſtiùs colendæ auidi, ad corpora ſeuerè tractanda, & verberibus ſubigenda, item ad erogandam liberalem Sabbatinam ſtipem flagranti ſtudio ſunt accenſi, inuſitatâ quæ ſecuta eſt morum caſtigatione publicis quorundam vocibus & admiratione celebratâ, propagatâ religione Roſarij, & (quod etiam ad Virginis cultum pertinere voluimus) nouo ſacello erecto in S. Ioachimi tantæ Filiæ patris venerationem.

10. Complutenſium Sodalium laus hoc anno in eo potiſſimùm viſa eſt conſtitiſſe, quòd au-

ᴄto mirè numero ſtudióque ad ſerenda dé diui
rebus colloquia, & ad ſtipem, ſuámque opera
Noſocomiis præſtandam confluxerint.

11. Madriti cumprimis inclyta eſt, ſanc
Sacerdotum delectorum ordini propria, viſitan
Deiparæ Sodalitas, magnis authoritatibus, & vi
tutibus celebrata. Publicè bis quot annis, priu
tim quintâ quauis feriâ ad ea, quæ excelſo illi ſt
tui propria ſunt, audienda conueniunt. Altera e
Iuriſprudentium, tertia nobilium & omnis fort
næ hominum, quarta ſcholaſticæ iuuentutis. No
bilitatem, Oratorij ſplendorem, & alias pietat
illecebras, & pompam ſileo. illud verò lubens me
moro æſtimóque, quòd Madriti (nam alij nume
rum omiſêre) de Scholarum ac Sodalitatum no
ſtrarum ſinu ac diſciplinâ, plus quàm quadragint
deuota Crucifixo capita cenſa ſint, à quibus i
religioſos ordines intratum eſt.

§. III.

ELVVIO AQVARVM OCCASIO beneficentiæ.

12. MVrtianum Collegium editiore in loco extructum, hoc anno aſylum fuit quingentis facilè ex vtroque ſexu, ac ferè nobiliſſimis capitibus, à vicini Stabéri fluminis eluuione; quâ ſuperatis omnibus artis ac naturæ præſidiis, in vrbem ſeſe fluuius victor infudit; vbi minimus, ibi homine quouis altior, totáque vrbe diffuſus; ac

per

per dies quinq; plus cladis afferens, quàm quarto abhinc anno graſſata lues attulerat. Dimidiâ ante inchoatum hunc microcataclyſmum horâ, panis è furno exemptus apud nos fuerat, in familiæ totius quæ domi, quæque foris in villis eſt, alimentum. Fructuum etiam abundè domi erat in paucos proximæ hyemi ad vſum Collegij ſeruatorum. 14. Octobris die increſcentes aquæ vrbem occupauêre. à quo in quintum vſque diem hoſpites noſtros pane illo ac fructibus, quáque potuimus hoſpitalitate, tanquam è cælo à DEO ad nos deſtinatos, habuimus: mirantes, & rem neceſſario tunc miraculo ſimilem ſe experiri dicentes, quòd annona in Patrum illam diſtribuentium manibus certo diuinæ miſericordiæ argumento increſcere videretur. Religioſi è S. Auguſtini diſciplinâ Patres ſeni ac viceni, cùm in præſentiſſimo vitæ periculo ſub dio in pergula domi ſuæ per 24 horas cœnobij ac templi ruinas expectarent, neque viam aut modum euadendi inuenirent, cùm omnis domi annona aquâ & limo plena & humano vſui planè inepta eſſet, in fame, timore, ac illâ cæli inclementiâ tamdiu perſtitêre, dum aquis tumorem nonnihil demittentibus, tandem equites ſalui ad nos peruenerint, vbi ſanis & ægris per menſem integrum pro modulo prouiſum, charitate libenter etiam per ſua incommoda illorum commodis ſeruiente. Lababat & Capuccinarum Sanctimonialium cœnobium, imò corruerat. quare omnes (quatuor ſupra viginti erant) ad quatuor millia paſſuum ab

vrbe

vrbe diſſitam domum noſtram, quæ ſolito à ſtudi otio ad recreationem quotannis inſeruit, curribu deuectæ, iſtic templi odæum, ac vicina cubicula occupauêre; gratias DEO referentibus nobis, quò in calamitate tantâ poſſemus afflictis ope aliqu ſubuenire. Poſt quinque dies ita euolutos, liceba equitibus iam per vrbem circumire: ſed miſera v bique cladis imago egeſtatem ac ruinas oculis in gerebat. Nos quicquid farinæ domi fuit, & mo letrinam ac furnum, religioſarum familiarum vti litatibus impendimus. Hocce charitatis lucro da-mna, & detrimenta trium & amplius millium au-reorum noſtris fundis illata ſolati ſumus. Penua-riâ tamen re domi exhauſtâ, & iacturâ foris acce-ptâ ad penuriam redactum Collegium, Scholaſti-corum tranſmiſſione aliò tantiſper factâ debuit ſubleuari.

§. IV.

S. P. IGNATIVS, ET Xauerius.

13. ALmagrenſe, ſiue Oretanum Collegium, increſcentibus populi erga S. P. Igna-tium ſtudiis, ait hoc etiam incitamentum acceſſiſ-ſe, quòd vir honeſto loco natus, cùm in momenta propè ſingula à pertinaci ac medicis deſperato rheumate periclitaretur, ne interclusum ſpiritum vita deſereret, auditis quæ de mirabili S. P. Ignatij ſyngraphâ ferebantur, eandem flagranter expeti-

tam

m ori religiosè admouerit, ſubitò ſaluti reddi-
ıs, magnâ medicorum rei teſtium admiratione.
adem ſyngrapha tribus ægris admota ſaluti fuit,
uando fœminam vnam febris reliquit; duas verò
iu in partu difficillimo conflictatas, admota capi-
ſyngrapha ſoluto partu ſubitâ improuiſâque læ-
tiâ hilarauit.

14. Madriti Collegium hoc demum anno
erinſigni celebritate Xaueriani ſui templi magni-
centiam quàm licuit magnificentiſſimè peractâ
edicatione, auguſtóque ſplendore impleuit. Anno
622. lapidem primū Philippus IV. in fundamentis
epoſuerat. Peculiarem, eámque prolixam narrati-
nem poſtulat, & fortè habebit auguſta molitionis
naieſtas, in quâ negant 30. horum annorum ope-
am non magnificè collocatam. Nocturna ſocio-
um ad ſacra lipſana peruigilatio, Regis ac Apoſto-
ci Nuntij, Religioſarum familiarum, Procerum,
c populi ardor, peruulgata longè ac latè diei præ-
titutæ (22. Sept. erat) nominatio, multifariam
rnata vrbs, ſupplicationis auguſta panegyris, ef-
uſus in diei ornamentum auri, argenti, ac lectiſſi-
norum periſtromatum, & quicquid vrbs Regia
retioſum habet ſplendor, ſtructæ in plateis alta-
ium à Religioſis, ac S. P. Q. Madritenſi, opulen-
iâ & arte ac ingenio mirabilium molitiones, ma-
hinæ, ſubſtructiones, nauis quâ in Indiam vectus
n conſpectum dabatur Xauerius, fori gloria opu-
entiſſimæ vrbis ac optimatum theſauris conueſti-
, æquæ ductus, ſeu fontis publici pyramis, & a-
qua-

quarum, ac florum variæque viriditatis luſus, ė
artis iucundiſſimæ veluti paradoxa; pancarpiæ
picturæ, regiæ muſicæ, arcuúmque deliciæ, picto
rum ænigmatum, hieroglyphicorum, & ſimiliur
ad ingenia delectanda lenociniorum prægrandes
tabulæ, & carmina, ſacris, Hiſpanâ, variiſque lin
guis lucubrata, hæc omnia non eſt moderni nego
tij vel indice luculentiore innuere. Præſtat illa
ipſa ſingillatim fuſiùs narrata expectare, Deóqu
gloriam, & Xauerio gratulari, ac exemplo alios do
cere, quid in occaſione tantæ celebritatis aliis quo
que locis poſſit confieri. Gigantes, Indi, miſcella
neus populus ad citharæ modulos ſaltatoriâ gra-
tulatione plaudebant. Incredibili inſtrumentorũ
vocúmque lætitiâ elatum, & attonitæ vrbis oculis
oſtenſum vexillum Xauerij, cuius triumphalia age-
bantur. Addidit gratiam maieſtati, quòd vexillum
geſtauerit rei equeſtri Reginæ Catholicæ Pręfectus
è familia Xauerij oriundus, Marchionibus vexilli
oras hinc inde tenentibus, in aulico ſummatum
Procerum comitatu. Tum Societatis labarum, de-
inde ordo Partheniæ Sodalium iuuentutis nobili-
tate, veſtium ſplendore, accenſis cereis, amabili
modeſtiæ maieſtate lectiſſimæ ſpectatiſſimæque
ſpiris gemmeis, torquibus aureis, ac adamantibus,
vt cuiuſuis facultas patiebatur, pro ſe quiſq; ſplen-
debat. Inter geminos adoleſcentulorum ordines
amabilis ac veluti triumphator puer IESVS, ornatu
regiè opulento quatuor Societatis ſuę Nouitiorum
humeris geſtatus, aſpectantium oculos & animos

ſua-

auiſſimâ religione rapiebat, tenebat, delectabat.
ctingenti è ſecularium Sodalitate Sodales cum
cibus luminoſam pompam faciebant Xauerij
atuæ pretiosè ornatæ, quæ quaternis è Societate
ciis ſuccollantibus portabatur. MARIANUM
irginis à Bono Conſilio, quod B. Aloyſio de So-
etate ineunda dedit, celebratæ vexillum ferebat
ltamirani Comitis filius Archidiaconus Madri-
nſis. Coram eiuſdem Virginis ſimulacro multo
lamante ſpectabili faces præferebant lectiſſimi
xaginta, qui huius celebritatis gratiâ Madritum
nà cum Rectore Salmanticâ ex Vniuerſitate vltrò
nuenerant: Noſtris de Societate facilè ducentis
cleſiaſtico de more linteo Clericorum amiculo
nictis, Indiarum Patriarchâ SS. Chriſti Corpus
nouum templum ritè tranſportante, inſigni cle-
coronâ, & Madritenſis Magiſtratûs conſociatio-
comitato. Tibicinum, ac tubarum chori, col-
centes intendente ſe nocte triumphalis pyræ i-
nes, theatrum turrito & fœto pyrobolis caſtello
l ignes miſſiles occupatum, nox denique pyrio
luere illuſtris, iucundos tonitruum terrores, &
ariam ignium voluptatem architectata, pompam
ixit, magno tubarum ac omnis muſicæ clangore
cantu, magnâ populi acclamatione. quæ omnia
nouendialem vſque ſolennitatem extenſa, di-
nis loco ac tempore concionibus, & ſymphonia-
rum, ac ſpectaculorum aliorum ex aliis naſcen-
um lætitiis celebrata ſunt, initium nouendiali fe-
o dante regiis expenſis primo die, ac omni cum

aulâ

aulâ præſente Philippo IV. Rege Catholico. Alterum diem cum auguſtâ Principe ſibi vendicauit Regina Catholica, & inuſitato more præter temp impendium, triclinium quoque noſtrum lauto epulo adornauit; vt ſe pro aris & focis beneuolentiſſimè erga nos auito more propenſam oſtenderet. Tertium diem ſuâ liberalitate, ac ſacris officii cumulauit Cardinalis Archiepiſcopus Toletanus Rege iterum, Reginâ, regiâ Principe, ac ſumma nobilitate omni ad templum poſt meridiem confluente. vbi Regiis Maieſtatibus actæ Hiſpano Poëmate gratiæ, auguſtam Domûs Auſtriacæ erga Societatem beneficentiam, & præſentem dignationem dictione appoſitâ proſecutæ, cùm ab argumento, tum à dicentis concinnitudine ſplendoris, & feſtiuitatis plurimùm habuêre apud Regiam & volentiſſimam concionem: vt ea, quæ oculorum delectamento data ſunt à gemino choro ſaltantiũ omittamus. Quinq; reliquos dies Domina Oſſunæ Dux, Domina Comes de Monterrei, Marchio de Monaſterio, Conſiliarij Regij, ac denique Immaculatæ Deiparæ Conceptioni authorata Sodalitas, ſinguli ſingulos in ſuo ære eſſe iuſſêre; Imperialis, vt vocant, villæ Madritenſis ſenatu ac populo diei vltimò coronidem imponente. Hiſpana Poëmata, tripudia, dialogos è triumphalibus curribus recitatos, vt quotidiana, prætereo, Collegio in hæc omnia, quæ ſeu narrauimus, ſeu tantùm innuimus, quæque breuitatis ergò omiſimus, nihil expenſarum faciente, imò tantâ piorum munifi-

ificentiâ vltrò locupletato, quanta in omnes Pro-
inciæ Patres, celebritatis, vel comitij Prouincia-
s cauſâ congregatos affluenter ſuffecerit; DEO
obis in dilecti ſui glorioſique Xauerij gratiam
rouidenter omnia vſquequaque ſuppeditante, ac
rbi & nobis animos ad maiora pro gloriâ ſuâ au-
enda addente.

§. V.

DE PVRGATORIO.

15. INduſtriam ad ſubueniendum animabus in expiatorio purgatorij igne cruciatis
itam felici ſucceſſu non caruiſſe ipſæ animæ te-
es fuêre locupletes. Madriti etenim cùm quic-
uid ad illas adiuuandas adminiculi conferri po-
eſt exquireretur, exponeretúrque palàm in horta-
ionibus Noſtrorum, poſt veſpertinas exhortatio-
es coràm quinque altaribus omnes procumbunt
upplices; & pro illis felicem requietis accelera-
ionem comprecantur. Quæ quidem induſtria v-
u firmata tantùm obſtrinxit gratas illas animas
am facili pietate, vt illæ vni & alteri ſemel ite-
úmque ſpectabiles mirificè ſplendidâ ſpecie ſe ſe
titerint, & amplas gratias lætabiléſque retulerint.

§. VI.

INFELIX DVORVM E SOCIETATE diſceſſio.

16. IAm quatuor à Sacerdotali inauguratione

annos in Societate egerat quidam nec familiæ ne
ingenij dotibus ignobilis, cùm virtus minor inge
nio illum ambitioſâ fucoſáque deſideriorum ina
nitate impleuit. Quocirca cùm non tanti haber
tur, quanti vellet, Madriti in ſenſum reprobum ſ
abiecit, & abſceſſionis literas factis & dictis imp
trauit. Foris verò rebus minùs ex animi elati vo
to fluentibus, ingemuit contumaciæ ſuæ atque ſu
perbiæ, ac lacrymabundâ importunitate perſuaſi
vt reciperetur, vnde exciderat. Sed breuì ad arro
gans ingenium ſeculúmque ab ipſo tyrocinio re
uerſus, inter illas arbores accenſus eſt, de quibu
dicitur, *arbores infructuoſæ*, (Ep. Cath. B. Iudæ A
poſt. v. 13.) *bis mortuæ, eradicatæ*. Nec altiùs nome
extulit, quàm quòd Comes de Lemos ſuo illum fi-
lio magiſtrum præfecerit. Caſtigata ſemel publi-
cè hominis arrogantia à DEO eſt, quando ad fre-
quentem, loco temporéque percelebri, quam ipſe
quoque ſibi vario inuitatu celebriorem reddide-
rat, concionem, concinnè ac ſublatè dicere or-
dientem infelix ac parùm fida memoria deſtituit.
Quare hærente aquâ, pro gloriatione dedecus re-
tulit, cantatis quoque per plateas ſuper eo ſilen-
tio ab obliuione ipsâ valdè memorabili famoſis
carminibus ludibrio deſpectuíque habitus, exſibi-
latus, exploſus. Ita in ſorte minimè gloriandâ dum
ſuæ de ſe expectationi ſibi ipſi minimè reſponde-
ret, in regno Aragoniæ, quò Dominum ſuum ſe-
cutus fuerat, citra vllum ſalutarium Sacramento-
rum ſubſidium in ſuo cubiculo ſeminudum in ipsâ

alui

ıi purgatione ſuperba anima corpore repentè ſo-
ta deſeruit, vtinam poſt migrationem quàm in
tà feliciorem.

17. Alter qui in tirocinio auditis de infelici
rum, qui à Societate deficiunt, ſorte Ribadenei-
dialogis ab anagnoſte in triclinio lectis, magno-
rè timebat, ne & ipſe illo in catalogo cenſere-
r; poſt exactum ſpe non malâ tirocinium, mo-
ſtiæ parùm retinens, exhauſto pudore linguæ le-
atem vſque ad ſcurrilia quædam proſtituit. quæ
in Societate per ſummam execrationem abo-
nata, & in illo grauibus exemplis punita, nec ta-
en emendata, facilem illi à Societate, in qua
ieologiæ operam iam nauabat, amandationem
petrauit. Foris ab Epiſcopo Valliſoletano con-
guineo ſuo ſacris initiatus, & locuples in vrbe
ırio, adeóque Epiſcopo à ſecretis factus, hilari ac
imâ fortunâ fruebatur, ſeipſo cumulatè conten-
, neque noſtri nominis, vt videbatur, oſor.
nque ſe extra Ribadeneirani libelli aleam eſſe
ebat non ſemel, cùm ex neſcio quâ ſimultate
m quodam ſubortâ, in Epiſcopum quoque into-
antiùs exarſit, & illum in platea curru vectum
ce palàm adoriri auſus, in illum ſclopetum ex-
oſit, clamans; Accipe, Epiſcopule: vt diſcas mei
niles meliùs tractare. Glandes excuſſæ in curru
ſêre, cùm ictum Epiſcopus inclinato capite de-
naſſet. Ille certatim in Pontificium, & inde,
ab Epiſcopo viro facili & conſanguineo facilis
ſceleratum eſſet venia, in Vrbicum carcerem ab-

 reptus,

reptus, re ad Nuntium Apoſtolicum delatâ, Reg
quoque ſcelus perquàm ſeuero ſupplicio plecten
dum eſſe nuntiante, immanis facinoris conuictu
Nuntij ſententiâ ad decennium triremibus eſt ac
dictus. Mortem omnes ignominiæ doloriſque pl
niſſimam illi ominabantur, Nuntij tam indulgen
ter in re tam nefaria plectenda rem agentis lenita
tem admirati. Negant tamen reum ipſum addu
poſſe, vt crimen agnoſcat, atque à deſperatione
haud ſanè multùm abeſſe aiunt. Faſſus nihilom
nus eſt Noſtris, id ſe pati in pœnam, quòd à Soci
tate deſciuerit. Voluítque vti Noſtrorum ope
ad Iudicis animum mitigandum; ſed quicquid No
ſtri agerent, nullis mitigationibus molliri res po
tuit. Quare ille Toletum aſportatus, alios eiuſde
ſupplicij ſocios præſtolatur; vt qui in religion
ſcurram agere volebat, iam extra illam, ſerias po
nas, & graue ſupplicium ſubeat priſtinæ leuitatis
raſo capite, ferro vinctus, & vt ſcurra ad infelix re
morum decennium ſeminudus. Vtinam vel iſtâ ca
lamitate ſe ſe miſerationibus æternis reddat ido
neum!

§. VII.

VITA ISTIC FVNCTORVM Catalogus.

18. COmpluti quinto Idus Februarij obiit
P. Franciſcus de Ouiedo tertio ac trige
ſimo Societatis aditæ, vitæ verò anno quinquageſ

mo,

no, vir inſigniter doctus. cuius ingenium mo-
imentis Philoſophicis commendatum, ac Theo-
ogicis quoq; in primam ſecundæ lucubrationibus
ublicatum maturiſſimè quidem ſcholis illuxit,
ed poſt breuem viuæ lucis perfunctionem tunc
eſiit, cùm in maturiore iam ætatis quaſi autumno
erfore accommodatum ad locupletandos Theo-
ogiæ theſauros maximè ſperaretur.

19. Oropeſæ maturæ morti conceſſit *Alphon-
ſus Cometius* anno ætatis 78. Societatis 56. cuius in
ditui munere induſtriâ effectum, vt nobilis fæmi-
a templo noſtro annuos ſeptuaginta aureos de-
tinârit. Mirus verorum florum in concinnandis
rte floribus naturæ imitator altaria illuſtrabat, nõ
ne illuſione quadam admirantium oculorum. Sed
lud laudationis veræ illi meliùs datur, quòd fue-
it certum Superiorum quicquid nutu innuerent
euamentum, nullo ampliſſimi ſacrarij, vel ætatis
aducæ obtentu. Oculos, & os aperiebat raró, at-
ue in templo potiſſimùm, parciſſimè, atque mo-
eſtiſſimè. Longa illi, teneráque cum IESV & im-
naculatâ eius Matre in multam noctem conſue-
udo, arcta paupertas, quotidiana, & immanſueta
orporis in ſenectâ ſemiuiui caſtigatio, inediæ vo-
untariæ ac præſtantis tolerantiæ laudibus cumula-
a, eóque ad penetrandos cæleſtibus colloquiis a-
imos peridonea.

20. Ex Oretano Collegio nuntiatur mors *P.
Petri Strocij*, 4. vota profeſſi, viri verbo vnico à
nagna virtute laudati.

21. Madriti quinque elati. Primus 3. Ian. *P.*
duardus Rislæus Anglicanæ Prouinciæ Procurat
negotiorum dextrè expediendorum gnauitate,
ſiduitate, linguarum peritiâ, religioſâ pruden
pluribus longè ac latè itineribus exantlatis coll
ctâ & firmatâ inſignis, ac ſolers.

22. Alter 22. Martij vitam in Scholaſti
Grammaticæ puluere per annos vndeuiginti, lab
rioſo magiſterio actam, & magnis religioſiſſim
conſcientiæ, paupertatis, ac diſciplinæ ad amuſſi
exactæ ornamentis nobilitatam, morte integer
mæ vitæ planè conſentaneâ finiuit *P. Ioannes Fe*
nandez, vir verè timens DEVM.

23. Tertium in Prouinciali comitio mors o
cupauit 23. Septembr. *P. Ioannem Emmanuelem*
Sotomayor, Collegij Securitani Rectorem. Illuſtre
in illo ſtirpem eximiâ ſemper virtute ornauit, h
bitans in lacero corpore præclarus animus, com
tate, candore, eximiâ pietate ac demiſſione, ſed p
tientiâ longâ morborum mole exercitâ ſpectatiſ
mus.

24. Quartus 23. Kal Ian. hecticâ confectu
eſt *P. Lucas VVadingus*, vir ingenio literis eximi
culto cathedris nec inutilis, nec ignotus. Quic
quid doceret, ſcientiâ & authoritate implebat
multifariam eruditus, nec ſcientiâ quàm conſpi
cuâ optimi exempli luce præſtantior: eóque vtro
que nomine ab illuſtriſſimis capitibus æſtimatus
& ad ardua Inquiſitionis conſilia, Iudicum tricas
& vtriuſque fori ambigua expedienda à ſummi

ca-

apitibus adhibitus,nec vnquam expectatione ſui, ametſi magnâ, minor; quémque ſummis æquiparare poſſis.

ANNVÆ PROVINCIÆ TOLOSANÆ

M. DC. LI.

QVingentos & viginti ſocios complexa eſt hoc anno Prouincia Toloſana; Sacerdotes 245.

§. I.

HÆRETICI AD ECCLESIAM traducti; & Miſſiones.

CArcaſſonæ, Ruthenis, Albenaci, & in vrbe S. Flori Societatis operâ vti dignatus DEVS aliquot errantes oues à Caluino ad Eccleſiæ paſcua ſancta traduxit. Vnius ex is fide peſſimâ mores optimi merentur memoriam poſterorum: vtpote qui totos triginta annos belli ſemper commoratus miles, militiam nobili virtute ornauit, cùm non ſolùm à graſſationibus, prædis, furtis, affligendis aliis abſtinuerit ſemper, verùm & è ſuo erga egenos fuerit egregiè liberalis, raro eóque magis laudabili virtutis exemplo.

2. Miſſiones vſquequaque effuſæ, fructu ope- râ non minore. Reſtitutæ iis, quibus debebantur Pœnitentibus ſeptingentæ libræ argenti; Cruce erectæ, fides conſtabilita, doctrina Chriſtiana v ſacro quodam lenocinio faciliùs caperet audien- tes, verſibus illigata, cantata.

§. II.

EXERCITIA; SODALITIA.

3. ADnitente Valentinenſi Epiſcopo, reli- gioſa in quodam Cœnobio Sanctimo- nialium diſciplina, quæ non citra ſcandali pericu- lum profligata iacebat, integritati ſuæ ac ſanctitat reſtituta eſt per Exercitia Sancti Patris Ignatij, non inuitis, & capacibus illis animis ad meditandum expenſa. Ad hæc Aniciij plures Canonici, duæ re- ligioſæ domus, ac tria ſacrarum Virginum circa Billomum Cœnobia iiſdem apprimè animata ad a- nimos DEO alacriter addicendos.

4. Apamiis noua opificum Sodalitas purifi- catæ Virgini dedicata. Carcaſſone verò, quantum quidem id per inſtitutum noſtrum licet, datum eſt initium Sodalitio principum vrbis Matronarum, quarum opera cum inſigni laude verſatur in egen- tium ſanorum & ægrorum vtilitatibus ære collato procurandis, moleſtiis ſubleuandis.

5. In Congregatione Turnonenſi perſanctè ſeruatur lex à quinquennio abhinc lata, quâ cautum volunt Sodales, vt ne quis Sodalium lites

ſuas

ſuas ad iudicum externorum tribunal deferat, ſed rem omnem Sodalitij moderatorum arbitratu componendam relinquat.

§. III.

DE S. P. IGNATIO.

6. APud Sanfloranos, (vbi etiam reliqua, quæ hîc de S. P. Ignatio referimus, euenêre,) ciuis ad Collegium aduolans hilarè teſtatus eſt, vitam chari filij S. P. Ignatio ſe debere. vtpote quem nuncupato per matrem ad S. Ignatium voto, poſt inſomnes noctes, in periculoſa febri traductas, mox & ſomnus longè ſuauiſſimus arctè ſit complexus, & febris omnis abſceſſerit.

7. Ibidem mulier frequenti abortu mœſta, vouit ſe quotannis ipſum S. P. Ignatij feſtum diem ſacrâ ſynaxi celebraturam, ſi eius precibus maſculam à DEO prolem nanciſceretur. Læta deſiderio ſuo potita eſt: & filium Ignatij nomine, nam & hoc vouerat, inſigniuit. id quod etiam præſtitit altera, quæ cùm diu prole deſtitueretur, voto filium à DEO per Ignatium impetrauit.

8. Adoleſcentem à variolis fœdè tractatum, & reconditis intra clauſas palpebras oculis, citra omne Medici auxilium aut conſilium, nil videntem, pia mater atque ſollicita benigno S.P. Ignatij patrocinio commendauit, ſéque ac filium voto obſtrinxit, ſacræ ſynaxeos in feſto S. P. Ignatij quotannis per triennium adeundæ. Tum porrectum

ægro iuſculum aſperſum puluere Manreſano: & æger mox oculos aperire, ac lucem accipere, ſenſímque à morbo recreari, & haud multò pòſt integræ ſanitati reſtitui, omnibus attonitis ad valetudinem repentinò adeò commutatam.

9. Eodem ſacræ Communionis voto egregiæ indolis adoleſcens fluentem à quintodecimo iam die de naribus ſuis ſanguinem ſtitit feliciter, ſimúlque vitam, quam in mortem contabeſcere quotidie ſentiebat, hoc præſidio tectus retinuit.

10. Ruſticus continuam dierum quindecim febrim aquæ Minoreſſano puluere mixtæ hauſtu abſterſit. Puer autem octo tantùm annos natus aquam reliquiarum S. P. Ignatij contactu expiatam vbi hauſit, redeuntem quotannis pertinacem febrim extinxit. Similis aquæ hauſtu Anicij triennis paruula dulci ſtatim ſomno correpta, ſanitatem recepit, cùm antea iam inde ab ortu tam acutis ventris torminibus cruciaretur, vt amariſſimo eiulatu adſpectantium collacrymationem eliceret. Aiunt verò ipſam aquam illam ſibi porrigi flagitaſſe.

§. IV.

DE P. FRANCISCO REGIS.

11. PRopè ſupra fidem ſit, quàm increbuerit, quámque latè fundatur gliſcens fama nominis *P. Franciſci Regis.* Alij terram è ſepulchro abraſam, alij è ſede confeſſionum ab eo auditarum ſciſſa ſegmina ſecum religiosè aſportant: alij ægros

gros infantes eâ in ſede collocant, ſedem oſculis venerantur. Aiunt eò die Aſſumptæ DEIparæ 12. millia mortalium conueniſſe; quorum ad ſacram ſynaxim acceſſêre mille quadringenti. In vrbe S. Flori 7. Februarij fæmina, in qua tranſuerſus fœtus hærebat, ſtatim à voto ad *P. Regis* tumulum concepto parturire incepit, & ſub ſacrificij tempus maſculum enixa eſt, ſed atro colore ac membris fœdum in modum diſtortis; qui tamen intra horæ vnius interuallum deformitate omni poſitâ, & membra loco ſuo reſtituta, & colorem album receperit. Res magnâ cum admiratione ſpectata: & vt fidem apud poſteros inueniret, à Notario publico ritè in tabulas eſt relata. Votum verò, quod nouem dierum pietate ad Patris tumulum celebrandâ definiebatur, magno gaudio perſolutum. quo etiam voti genere ſoror eiuſdem puerperæ à febri ardentiſſimâ recepit integram ſanitatem: & vtriuſque mater 70. annis ſenior, ſimili voti religione obſtricta, à periculoſâ pleuritide planè conualuit.

12. In eâdem vrbe, deſperata erat nobiliſſimi adoleſcentis ſalus alterum iam menſem febre continuâ æſtuantis. Accerſitur è placito Medicorum è Collegio Pater, qui ſupremam adoleſcentis depoſiti confeſſionem accipiat. Sacerdotem comitatur ægri adoleſcentis magiſter, in vltimum ſpei experimentum ſecum ferens aliquid illius pulueris, qui à peregrinis è *P. Regis* ſepulchro corraſus in vſus ſimiles aſſeruatur. Is ægro diſcipulo potionem illo puluere aſperſam porrigit, & hortatur, vt

ſe

ſe DEO per eius viri merita impenſè fidentérque commendet. Annuit Magiſtro lubens æger, & multâ parentum voluntate votum addit, ſe ad *P. Regis* ſepulchrum, vbi per valetudinem licuerit aditurum. Nec mora. ſtatim à febri leuamentum ſentit: & paucos poſt dies, morbo prorſus depulſo, recipit ſanitatem.

§ V.

ELOGIA DEFVNCTORVM.

13. OBiit Anicij *P. Claudius Labroüe*, 4. vota profeſſus, vir ingenio, ac eloquentiâ ſingulari; virtute tantâ, vt ad optimum Societatis operarium deſiderari poſſet nihil, præter corporis valetudinem meliorem, cùm toto vltimo ſexennio aduerſâ conflictaretur. Conualuerat ille quidem pœnè à mortis portis reuocatus, voto nuncupato ad tumulum *P. Franciſci Regis*, cuius vitam, vt aliquod per eius opem acceptæ diuinitùs ſanitatis monumentum poſteritati relinqueret, Gallicè eleganter conſcripſit; verùm altero anno in morbum, & mortem incidit, multis rerum cæleſtium meditationibus pretioſam.

14. Auſcis 15. Ianuarij magnis longæ patientiæ documentis illuſtris exceſſit *P. Paulus Vignoles* annos natus 67. in Societ. 43. laboris aſſiduitate, animi demiſſione, & charitate eximius: Albenaci autem *P. Iacobus Dardene* 21. Martij 4.

vo-

votorum profeſſus, manſuetâ quadam tranquilli animi æquitate commendatus.

15. Biterris 16. Septembris in multâ patientiâ placidè quieuit in Domino *P. Ioannes Daurat*, in ſtrenuorum operariorum albo iure cenſendus, ſeu doctè ac piè animatas conciones, ſeu Sodalitia, ſeu ægros, patibularios, aut quoduis hominum genus ſpectes. Sed & ipſe ad extremum vſque ſpiritum paupertatis, vt charæ matris, humilis ac verè patiens filius fuit.

16. Ibidem 27. Septembris viuere deſiit *P. Annæus Vigier*, diu iſtic ſingulari modeſtiæ patientiæque laude occupatus in tradendis teneræ ætati Grammaticæ rudimentis. Alij fuêre Coadiutores obedientiæ potiſſimùm, ac patientiæ laude commendati.

ANNVÆ

ANNVÆ PROVINCIÆ VENETÆ

M. DC. LI.

§. I.

SODALITATES, ET MISSIONES.

1. SEdes habet Veneta hæc Societatis IESV Prouincia vnam ſupra viginti; Socios 389. & ex his 165. Sacerdotes. ad ſeculum vndecim, ad DEVM felici, vt ſperamus migratione ſeptendecim abiêre; quaternis tantùm, ob adſtrictam Pontificio Innocentij X. decreto admittendi facultatem, Societati adiunctis.

2. Ac eorum quidem vnus è nouâ Bononienſium ſub Crucifixo militantium adoleſcentum Sodalitate adlectus eſt. Horum ſcopus eſt Sodalibus DEIparæ Virginis eſſe inſtar ſacri fermenti, aliósque ad Sacramenta religioſiùs & crebriùs vſurpanda ſolerter allicere. Sextâ quauis feriâ in ſecretum conclaue ſemigrant, ibíque ante, ac poſt ſacram paræneſim orandi ac ſe variè affligendi ſtudio integram horam inſumunt. Dimidiâ horæ parte quotidie meditantur; piæ lectioni & conſcientiæ examini tantundem tribuunt. Semel quot hebdomadis diuinæ menſæ accumbunt: ſemel quot menſibus Moderatori ſuo totum conſcien-

tiæ

iæ ſinum, & quicquid iſtic boni aut mali eſt, can-
didè aperiunt, vt eius ductu iuuentur. Nec niſi le-
ctiſſimi quique, atque ad hæc accuratè ſeruanda
promptiſſimi adleguntur. Horum vnus, vt dixi,
Societatem, Carthuſiam duo complexi ſunt. Plu-
res alij ad non inferiora chariſmata æmulanda a-
ſpirant.

3. Caſtilione ſub vexillo pœnitentiæ mili-
tans noua Sodalitas, Mutinenſis item, nomen at-
que rei seriò gerendæ ſtimulum à bonâ morte ſor-
tita mirificè inliciunt animos, videntúrque admi-
randa futura ſeges animorum, ſi præſentibus futu-
ra ex æquo reſpondeant. Artificum ibidem Soda-
litas trecentos habet, qui quot hebdomadis Do-
minico die dominicæ Chriſti menſæ accumbunt.

4. Miſſiones, antiqua Societatis, & huic Pro-
uinciæ nunquam non inter primas curas habita
decora, hoc anno Patres octo tenuêre Ludouiſij
Cardinalis Archiepiſcopi Bononienſis accitu, in
plano ac montibus. Vbique ſtrenuiſſimè labora-
tum pari audientium deſiderio & Patrum labore;
vtilitatibus animorum verò vtrique accumulatiſſi-
mè reſpondentibus. Incolæ ad aliquot milliaria
Patribus obuij, Sanctos, vt ipſi aiebant, feſto cam-
panarum, ignium, ſcloporum plauſu, & nixi geni-
bus accipiebant; maximè qui Societatem, quod
permirum non paucis viſum, penitùs ignorabant,
vix ipſius Chriſti notitiâ imbuti; vtpote cùm affe-
ctâ iam ætate ſenex inter illos repertus ſit, qui Sa-
cramenta nunquam vſurpârit, multi ſemper malè,

Iam

Iam ibi exitialia odia & nefandos amores, infeli cem cum dæmone conſortionem, æris alieni fa mem, & reliqua tanto ſucceſſu coërcita, vt rei fa ma rapidè per Mutinenſem quoque, ac Florenti nam Diœceſin vulgata nouam iſtic ſegetem dede rit, quibuſdam ad ſacram exomologeſim ad Patre à triginta millibus paſſuum aduolantibus. Quidan ſe ab ignoto eremi cultore commonitum dixit, v peccatum nulli mortalium hactenus indicatum Patribus candidè aperiret. Iuuenis, qui Parochun de medio tollere animo deſtinârat, auditâ Patri concione, ad pedes Patris & parochi, quid molitu eſſet, dolenter ſupplex aperuit.

§. II.

DE S. P. IGNATIO, ET XAVERIO.

5. Conclamata puerperarum ſalus Bononiæ, atque alibi, S. P. Ignatij chirographo diſcrimen euaſit. Foroliuij Petri Ioannis Aleotti Foroliuienſis olim Epiſcopi, & Collegij Fundatoris neptis ſoror Laura Aleotta miſerabili quatuor menſium dyſenteriâ totis viribus profligata, indictâ ſanctimonialibus ad S. Catharinam, quibus præerat, in S. P. Ignatij feſtum ſolenni vrbis celebritate, præquàm hactenus colendum ſanctiſſimâ Synaxi, auditas ab Ignatio virgines, à DEO verò Ignatium ſenſit, confeſtim conſiſtere ſibi viſa, malo planè abacto, & viribus ad officium apprimè iam promptis.

6. Foroliuienſium ciuium liberalis erga Ignatium

ium beneficentia, datis quingentis ac viginti ſe-
ptem aureis, argento fuſum Ignatij caput & pectus
conflauit. Bononiæ autem illud habuit ſingulare
Auguſtini Rainerij morientis erga Ignatium, eiúſ-
que ſocios liberalitas, quòd qui à nobis vixit auer-
ſo potiùs quàm ignoto ſimilis, in morte nos ex aſ-
ſe ſibi hæredes idem ſcripſerit, emerſuris inde, vt
ſpes eſt, in annos ſingulos aureis facilè quadrin-
gentis.

7. Sed & noſtra viciſſim hoſpitalis liberalitas
DEO viſa eſt glorioſa. Rauennæ primùm amici
conſortione hoſpitij, deinde piis è Societatis more
colloquiis hoſpites duo, alter S. Benedicto, alter
Capuccinis, religioſâ veſte receptâ feliciter reſti-
tuti. Ibidem nō maius Exercitiorum nomen quàm
fructus. ad quem Ceruiæ Epiſcopus exemplo ſuo
prima ciuitatis capita inuitauit; religioſis quoque
pluribus ac vno Abbate ſecuto. Neque maior in
tyrone vllo deſiderari poteſt, quàm in his fuerit
ad ſingulos apices accuratio, nèc minor accura-
tione fructus, ab eorum vno etiam inter vitæ ac
mortis extrema perceptus.

8. Foroliuij Matthæus Bononienſis, baiulus
5. Kal. Februarij vnà cum lectulo, in quo ſexagena-
rius ipſe quieſcebat, in ſubiectam cellam vinariam
præceps decidit, pauimento hiſcente ſub pondere
ac impulſu laquearij corruentis, ruinâ geminâ in-
uolutus, & tamen inter vtramque illæſus è rude-
ribus effoſſis extractus. quo tempore nihil habuit
antiquius, quàm vt ligneam ſuam cum affixâ char-

R ta-

taceâ S. Xauerij Imagine tabellam poſtularet. in
uentam haud procul à lectulo in illâ trabium a
cæmenti congeſti mole integram vtrâque manu a
ripere, oſculari, totíſque lateribus vociferari: Hi
hic eſt protector meus. hic me ſubtraxit exitic
huic me debeo. ſolebat ille Xauerium in illa ima
gine ad lectulum pendente quaſi prę́ſentem imper
sè ante quietem ſalutare: ac etiam ad labantis tec
fragorem, atque adeò ſub ipſo ruinæ aceruo perſe
ueranter Xauerij nomen vnicè implorârat, non m
nùs gratus deinde pro accepto beneficio, quàn
priùs in petendo fuerit pius atque aſſiduus. Ca
penſes facilè 30. Xaueriano Bononienſis lampa
dis oleo ſalutem ſuam acceptam referunt.

9. At iſtud, quod attexo, nobiliorem habe
admirabilitatem. Bononiæ adoleſcens poſt con
ceptum animo turpe facinus, noſtri fortè Collegi
templum inuiſens, cùm pro more ad Xauerij aran
ſe ſe daret in genua, precatione peractâ in Xaueri
imagine ſolicitis oculis quærebat Xauerium, cùm
in illâ videret alia omnia præter vultum. Surgi
attonitus, accedit, abſtergit & intendit oculos
cóſque ac ſe in omnem partem verſat; & deniqu
Xauerij faciem videre non poteſt. Hauſit tamen il
le de illo etiam non viſo vultu lumen, & Sanctum
ab impudicis oculis videri nolle intellexit, vbi
ſuum animum introſpexit. Statim verò atque ita
vt erat perculſus, ad Patris, quem trepidè aduocâ
rat, aures, quid ſibi conſcius eſſet, ritè confeſſus eſt,
